Catech. 827 b

Biblioth. Pamp. ad
S. Salv. Aug. V.
1798.
N. 10.

<36608258940012

<36608258940012

Bayer. Staatsbibliothek

V. P. PETRI CANISII
S. J. THEOLOGI

CATECHISMUS MINOR,

NUNC IN
GRATIAM STUDIOSÆ JUVENTUTIS
EX EJUSDEM V. PATRIS MAJORE
OPERE CATECHISTICO SACRIS SENTENTIIS
ATQUE EXEMPLIS AUCTUS

A PATRE FRANCISCO XAVERIO
WIDENHOFER,
ejusdem Societatis Theologo.

Auszug Christlicher Lehre,

wie solchen vormals
der ehrwürdige Mann Petrus Canisius
aus der Gesellschaft Jesu, der H. Schrift
Lehrer, herausgegeben:
Nun der studierenden Jugend zum Beßten
aus dessen größerm Werke, mit Sprüchen und
Beyspielen der heil. Schrift vermehret

von
Franz Xaveri Widenhofer,
gemeldter Gesellschaft Priester, und Lehrer der hei-
ligen Schrift.

Mit Erlaubniß der Obern.

Augsburg
In Ignaz Wagners sel. Buchhandlung, 1796.

Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Danielis c. 12. v. 3.*

Die Lehrer werden leuchten, wie des Himmels Glanz, und die, so viele zur Gerechtigkeit weisen, wie die Sterne immer und ewiglich. Daniel Kap. 12. Vers 3.

Vos autem Charissimi! memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri JESU CHRISTI. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, fide & spe. *Ex Epist. Catholica Judæ Apost. v. 17, & ex 1. Epist. Petri c. 3. v. 15.*

Ihr aber, meine Liebe! erinnert euch der Worte, die zuvor gesagt sind von den Aposteln unsers Herrn JESU CHRISTI. Seyd allezeit bereit zur Verantwortung gegen Jedermann, der Grund fodert von dem Glauben, und der Hoffnung, die in euch ist. Aus der Katholischen Sendschrift Judä des Apostels am 17. Vers; und aus der 1. Petri am 3. Kapitel, 15. Vers.

Bayerische Staatsbibliothek München
B. B. MÜNCHEN
T 90/515

APPROBATIO CENSORIS.

Opuſculum præſens ſub titulo: Auszug chriſtlicher Lehre, aus des P. Petri Caniſii größerm Werke zum Beßten der ſtudierenden Jugend a P. Franc. Xaverio Widenhofer S. J. concinnatum perlegi, & in eo fidei catholicæ, aut bonis moribus non ſolum nihil contrarium; ſed prima orthodoxæ fidei dogmata accurate expoſita, & Sacræ Scripturæ teſtimoniis condigne roborata inveni. Dignum proin cenſeo, quatenus illud typis datum in utilitatem chriſtianæ Juventutis publica luce donetur. Auguſtæ Vindelic. die 30. Junii 1769.

JOSEPHUS HERZ, SS. THEOL.
LIC. Rev. & Seren. Princ. & Epiſ.
Aug. Conſ. Eccleſ. Conſiſt. Aſſeſſ.
Viſit. Gen. ac Libr. Cenſ.

PRAEFATIO.

Cum ætate nostra Studiosorum complures e scholis nostris abeant, antequam superioribus imbuti disciplinis, fidei orthodoxæ rationem dare sacris e Scripturis sciant; visum est Viris Sapientibus non utile modo, sed & necessarium jam esse, Catechismum pro inferioribus Classibus adornari talem, ex quo non tantum, quid credendum sit, intelligant: sed & fidei suæ rationem dare, eamque depromptis ex sacro Codice sententiis atque exemplis comprobare maturius addiscant. Quo in opere duo nobis potissimum vitanda sunt. Alterum est, ne Venerabilis P. CANISII Catechismus tam longo tot annorum usu in Ecclesia probatus, studiosæ Juventuti jam tam familiaris aut negligatur, aut vel mi-

nimum

nimum immutetur. Alterum, ne, ſiquidem augendus ſit, novis quæſtionibus ac ſententiis ita cumuletur, ut intra anni unius ſpatium commode explicari atque ediſci non poſſit. Cui utrique incommodo ſatis conſultum putamus eſſe, ſi & prior Catechismus retineatur, & ſuæ cuique decadi ſelectiores e ſacra Scriptura ſententiæ ſubjungantur, contentam in ea veritatem confirmantes. Sic & idem Catechismus P. CANISII manebit, nonniſi ex ejusdem CANISII majore opere catechetico auctus; & ſatis adhuc brevis, ut non explanari modo intra annum poſſit, ſed & memoriæ a Diſcipulis mandari, penitusque comprehendi: quod, ut facilius atque utilius fiat, ſequentia obſervanda videntur. Primum *eſt, ut quolibet anno totus explicetur Catechismus; ut ſiquid, ut fit, Juvenum intelligentiam uno fugit, id conſequentibus annis identidem inculcatum tenacius hæreat. Diſpartienda eſt quævis quæſtio in tot minores quæſtiones, quot ad decadem illam confirmandam ſententiæ ſubnectuntur exempla, (quæ hic non niſi ex ſacris Litteris indicamus) fuſius narranda; ut tenera ætas &*

facilius capiat contenta in una decade fidei orthodoxæ dogmata, & exemplorum luce collustrata felicius retineat. Alterum *est, ut quælibet Schola assignatum sibi Catechismi caput ita ediscat, ut anno altero & alterum priori caput adjungat (ne priorum obliviscatur) donec Rhetorica capita quinque integra condiscat, una cum sacris sententiis atque historiis recitanda.* Tertium *est, ut, quoniam alios timor, gloria alios adolescentes excitat, ad illos impellendos plurimum adjumenti accedat, si cum in hebdomadaria Catechesi, tum maxime in examine pro ascensu in superiorem scholam non majores tantum decades assignati capitis, sed & subnexas probationes interrogentur; præcisa omni ascendendi spe, si in præcipuo scholarum nostrarum studio (ex quo animæ salus dependet) negligentiores fuisse deprehendantur. Generosos vero animos, appetentes gloriæ atque avidos laudis, spes præmii eo magis inflammabit, quo majore cum laude illud consequentur, non jam ut felicioris memoriæ, aut fortunæ donum, sed ut debitum suæ industriæ atque intelligentiæ bravium. Quæ gloria, ut sit illustrior, videtur imprimis*

Cate-

Catechismus integer, ut hucusque factitatum fuit, recitandus; dein quicunque fidei orthodoxæ articuli, in assignatis scholæ capitibus contenti, e sacra Scriptura confirmandi: tandem & exemplis S Scripturæ per anni decursum enarratis illustrandi. Quo in certamine non nudæ memoriæ specimen, sed & intelligentiæ dabunt, & annuæ attentionis argumentum. Illud ad extremum cavendum, ne in hac concertatione, aut verborum, aut plane litterarum ordo, aut forte etiam Versuum ex sacris paginis adductorum, & caput & numerus rigore nimio exigatur; ne demum res tum utilis ad solum memoriæ exercitium ac fortunam devolvatur. Sufficit, recitato primum Catechismo, rem dicere: veritatem apto testimonio comprobare, nisi ad concertantium eruditiorum dirimendam litem aliter agendum videatur.

CAPUT PRIMUM.

DE FIDE ET SYMBOLO FIDEI.

I. *Quis dicendus est Christianus atque Catholicus?*

Qui Baptismatis Sacramento initiatus (*a*) Jesu Christi veri Dei atque hominis salutarem doctrinam in ejus Ecclesia profitetur; (*b*) neque sectis vel opinionibus ullis ab Ecclesia Catholica alienis adhæret (*c*)

Tria igitur necessaria sunt: I. Baptismus: (*a*) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Joan. 3. v. 5. II. Fides: (*b*) *Qui receperunt sermonem ejus* (Petri) *baptizati sunt; & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Actorum c. 2. v. 41. Pro Exemplo sint primi fideles, qui *Antiochiæ primum cognominati sunt Christiani.* Act. c. 11. v. 26. III. Ut ne quis vel unicum fidei articulum neget, neque vel unicum contrarium errorem sciens affirmet: (*c*) *Qui incredulus est filio* (vel in unico) *non videbit vitam; sed ira Dei manet super eum.* Joan. c. 3. v. 36.

EXEMPLA. I. Thomas Apostolus, etsi cætera credens, quia vel unicum de Christi resurrectio-

Das erste Hauptstück.

Von dem Glauben und der Glaubens-Formel.

1. Wem gebührt der Namen eines katholischen Christen?

Dem, der getauft ist (a); die heilsame Lehre Jesu Christi, des wahren Gottes und Menschen, in seiner Kirche bekennet (b); und keinen Spaltungen, oder Meynungen anhängt, die der katholischen Kirche zuwider sind (c).

Es sind also drey Dinge nöthig: I. die Taufe (a): Wer nicht wiedergebohren wird aus dem Wasser und dem heiligen Geiste, der kann nicht ins Reich Gottes kommen. Joh. 3, 5. II. Der Glaube (b): Die nun die Worte des heiligen Petrus annahmen, (glaubten, was er lehrte) ließen sich taufen, und es wurden an diesem Tage bey drey tausend Seelen der Gemeinde der Gläubigen beygezählet. Apostelgesch. 2, 41. Zum Beyspiele dienen die ersten Gläubigen, welche zu Antiochien zum erstenmal Christen genannt worden. Apostelgeschichte 11, 26. III. Daß man keinen einzigen Glaubenspunkt läugne, noch einem einzigen widrigen Irrthum beyfalle: (c) Wer dem Sohne nicht glaubet (nur in einem einzigen Stücke,) wird das Leben nicht sehen, sondern der Zorn Gottes bleibt über ihm: Johann. am 3, 36.

Exempel. I. Der Apostel Thomas glaubte alles übrige, nur glaubte er nicht alsobald, die schon ge-

tione jam facta, articulum non ſtatim credidit, vocatur *incredulus* Joan. c. 20. v. 27. *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* II. *Hymenæus & Philetus a veritate exciderunt, dicentes, reſurrectionem eſſe jam factam* (en unum articulum negantes) *& ſubverterunt quorundam fidem.* Paulus Epiſtola 2. ad Timotheum c. 2. v. 17. 18. III. Sic Galatis (cætera omnia credentibus ex c. 5. v. 7.) Paulus clare aſſerit v. 2. nihil illos a Chriſto utilitatis habituros, ni errorem unum de circumciſione deponerent; *Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam, ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.*

2. *Quibus de rebus primum docendi ſunt Chriſtiani?*

De Fide, Spe, Charitate, Sacramentis, & officiis Juſtitiæ Chriſtianæ.

3. *Quid eſt Fides?*

Donum Dei (*d*) ac lumen, quo illuſtratus homo firmiter aſſentitur (*e*) omnibus, quæ Deus revelavit, & nobis per Eccleſiam credenda propoſuit (*f*), ſive ſcripta illa ſint, ſive non ſint (*g*).

Quinque hic docemur. I. (*d*) eſt contra Pelagianos & Semipelagianos, docentes, hominem ſolis naturæ viribus poſſe fidem, vel certe initium fidei mereri. Contra quos ait Pau-

geschehene Auferstehung Christi; daher wird er unglaubig genannt. Johan. am 20, 27. Sey nicht unglaubig, sondern glaubig. II. Hymenäus und Philetus haben die Wahrheit verfehlet, und sagen, die Auferstehung sey schon geschehen. Sieh! sie laugnen ein einziges Stück, und doch sagt Paulus von ihnen: Sie haben etlicher Glauben verkehret. in der 2 Ep. an Timotheus 2, 17. und 18. III. Zu den Galatern (die alles übrige glaubten nach 5, 7.) spricht Paulus klar am 5, 2. Christus werde ihnen keinen Nutzen bringen, wenn sie ihren Irrwahn von der Beschneidung nicht ablegten: Sehet! Ich Paulus sage euch: wenn ihr euch beschneiden lasset, so ist euch Christus zu nichts nützlich.

2. Was muß man einen Christen aufs eheste lehren?

Den Glauben, die Hoffnung, die Liebe, die Sakramente, und die Pflichten der christlichen Gerechtigkeit.

3. Was ist der Glaube?

Er ist eine Gabe Gottes (d), und ein Licht, dessen Stralen den Menschen dahin bringen, daß er allem dem einen festen Beyfall (e) giebt, was Gott geoffenbaret, und uns durch die Kirche zu glauben vorgehalten hat (f), es mag geschrieben seyn, oder nicht (g).

Wir lernen hier 5. Stücke. Das erste (d) ist wider die Pelagianer, und Afterpelagianer, welche lehrten, der Mensch könne allein durch seine natürlichen Kräfte den Glauben, oder doch des-

Paulus ad Ephesios c. 2. v. 4. *Gratia estis salvati per fidem; & hoc non ex vobis; Dei enim donum est.* II. (*e*) est contra Protestantes, qui confundentes fidem cum spe, illam dicunt esse actum voluntatis: contra quos ait Paulus Epistol. 1. ad Corinthios c. 13. v. 13. *Fides, Spes, Charitas, tria hæc.* III. Proponitur objectum eorum, quæ credi debent, ea scilicet omnia, quæ Deus revelavit, & nobis per Ecclesiam &c. Quæ quidem omnia credere debet, qui vult salvus esse; neque tamen sciri ea omnia necesse est. Scitu necessaria ad æternam Salutem sunt sequentia: 1. Deum esse unum in Essentia, trinum in personis, Patrem, Filium, & Spiritum S. 2. Boni eundem Deum esse remuneratorem, mali vindicem, 3. Secundam in Trinitate Personam humana assumpta natura, ab interitu nos liberavisse æterno. His veritatibus & illæ de immortalitate animæ, ac gratiæ divinæ ad salutem æternam necessitate addendæ sunt. IV. Proponitur motivum formale, propter quod credantur omnia; nempe *quia Deus infinite sapiens ac verax, falli & fallere nescius, ea revelavit.* (*f*). *Non est Deus quasi homo, ut mentiatur.* L. Numerorum c. 23. v. 19. *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Ioan. 1. v. 18. Hic tradatur modus eliciendi actum fidei tum generalem, tum specialem de mysteriis fidei singularibus. V. Docetur (g) præter verbum Dei scriptum, quod viri sancti divinitus inspirati conscripserunt, admittendum esse & *traditum Dei verbum*; seu non scriptum, tales nempe veritates ac doctrinas, quas non scriptas, sed ab Apostolis auditas, hucusque incorruptas conservavit *Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*, Paulus Epist.

1. ad

dessen Anfang verdienen. Wider diese spricht Paulus zu den Ephesern am 2, 8: Aus Gnade seyd ihr selig geworden durch den Glauben; und dasselbige nicht aus euch, Gottes Gabe ist es. Das andere ist wider die Protestanten, die den Glauben von der Hoffnung nicht unterscheiden, und selben für eine Wirkung des Willens ausgeben. Diesen widerspricht Paulus im ersten Sendschreiben zu den Corinthern, am 13, 13. da er sagt: Glaub, Hoffnung, Liebe, diese drey. Drittens wird vorgetragen der Gegenstand dessen, was man glauben muß; alles nämlich, was Gott geoffenbaret, und uns durch ꝛc. Um selig zu werden muß man zwar dieß alles glauben, aber nicht alles wissen. Unter Verlust der Seligkeit muß man folgende Stücke ausdrücklich wissen, und glauben: 1. daß ein Gott ist, einfach in der Natur und Wesenheit, dreyfach aber in den Personen, der Vater, der Sohn und der heilige Geist; 2. daß Gott ein gerechter Richter ist, der das Gute belohnet und das Böse bestrafet, 3. daß die zweyte göttliche Person für uns ist Mensch geworden um uns zu erlösen. Dahin gehört auch die Unsterblichkeit der Seele, und die Nothwendigkeit der göttlichen Gnade zum ewigen Leben. Viertens wird uns vorgetragen die Bewegursache alles zu glauben: nämlich (e) weil es Gott geoffenbaret hat, der unendlich weise und wahrhaft ist; der weder betrügen, noch betrogen werden kann. (f) Gott ist nicht wie ein Mensch, daß er lüge. 4. Buch Moyses am 23, 19. Der eingebohrne Sohn, der in des Vaters Schooße ist, hat es uns verkündiget. Johan. 1, 18. Hier soll man die Weise lehren, eine Uebung des Glaubens zu erwecken sowohl überhaupt, als ins besondere von eini-

1. ad Timoth. c. 3. v. 15. Sic clare idem Apostolus Epist. 2. ad Thessalonicenses c. 2. v. 15. *Itaque Fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram;* ubi scripta Epistola, sermoni contraposita, innuit, non omnem Pauli sermonem scriptum fuisse, quem tamen etiam servandum ait.

Exempla: I. Sine dubio non omnia Scriptura habet, quæ credenda sunt & observanda. Sic Jesus *interpretabatur illis* (duobus in Emaus euntibus) *in omnibus Scripturis, quæ de ipso scripta erant.* Quæ interpretatio per verbum traditum ad nos pervenit. II. Sic ait Joan. c. ult. v. ult. *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus; quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum, capere eos posse, qui scribendi sunt, libros.* III. Sic nec scriptum est 1. quinam libri sint Canonici, a Spiritu Sancto dictati; 2. quinam textus incorrupti 3. Quis genuinus singulorum textuum sensus. 4. Quod pro Sabbato dies Dominica sit celebranda. 5. De celebrando triduano Paschate, Pentecoste, festo Ascensionis. 6. Quod liceat jam suffocatum & sanguinem comedere, contra prohibitionem in Actis Apostolorum c. 15. v. 28. 29. factam; & quæ Heterodoxi nobiscum admittunt, etsi ea in Scripturis expressa non sint.

4. *Quæ*

einzelnen Geheimnissen des Glaubens. Fünftens lernen wir (g), man müsse neben dem geschriebenen **Worte Gottes**, das aus Eingebung des heil. Geistes von heil. Männern zusammengeschrieben worden, noch ein anderes zulassen, nämlich das ungeschriebene, oder die **Uebergabe**, das ist, solche Lehren und Wahrheiten, welche die Kirche, die Saule und Grundfeste der **Wahrheit** (1. Timoth. 3, 15.) von den Aposteln, nicht geschrieben, sondern mündlich erhalten, und bisher unversehrt bewahret hat. Dies sagt klar eben derselbe Apostel im 2. Br. zu den Thessalonikern am 2, 15. **So stehet nun liebe Brüder, und haltet die Uebergaben, die ihr gelernet habt, es sey durch unser Wort, oder Schreiben**; allwo das Schreiben der Rede entgegen gesetzet, und dadurch angedeutet wird, nicht alles, was Paulus redete, sey geschrieben worden: und doch, sagt er, müsse man auch jenes halten.

Exempel: I. Es ist ohne Zweifel nicht alles in der Schrift, was man glauben und halten muß. So legte Jesus den nach Emaus gehenden Jüngern **alle Schrift aus, die von ihm redete**. Diese Auslegung kann nur durch die Uebergabe auf uns gekommen seyn. II. So sagt Johannes am letzten K. letzten V. **Es sind noch viele andere Dinge, welche Jesus gethan hat; sollte man alle ins besondere verfassen, glaube ich, es müßten so viele Bücher geschrieben werden, daß die Welt sie nicht fassen könnte.** III. Also ist auch nicht geschrieben, was für Bücher der Schrift durch Eingebung des H. Geistes verfertiget worden; 2. was für Stellen unverfälschet. 3. Wie jede Stelle eigentlich zu verstehen. 4. Daß man den Sonntag anstatt des Sabbats feyern solle. 5. Daß man an Ostern

4. *Quæ ſumma eſt Fidei, ſeu omnium Credendorum?*

Symbolum Apoſtolorum in duodecim diſtinctum Articulos.

5. *Qui ſunt illi duodecim Articuli?*

Hi videlicet: Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli & terræ; 2. Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum; 3. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine; 4. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus; 5. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis; 6. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei Patris Omnipotentis; 7. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. 8. Credo in Spiritum Sanctum; 9. Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum Communionem; (*a) 10. Remiſſionem peccatorum; 11. Carnis reſurrectionem; 12. Et vitam æternam, Amen.

6. *Quid*

Ostern und Pfingsten, wie auch am Tage der Himmelfahrt feyern solle. 6. Daß jetzt erlaubt sey, Ersteckets, und Blut zu essen, wider das in den Apostelgeschichten 15, 28 29. geschehene Verboth: und diese Stücke nehmen die Unkatholischen mit uns an, obschon selbe in der Schrift nicht zu finden sind.

4. **Wo findet man einen kurzen Begriff alles dessen, so man glauben muß?**

In jener apostolischen Glaubensformel, welche in 12. Artikel abgetheilet ist.

5. **Was sind diese für zwölf Artikel?**

Diese: 1. Ich glaube an Gott den allmächtigen Vater, Schöpfer Himmels und der Erde; 2. Und in Jesum Christum, seinen einigen Sohn, unsern Herrn; 3. Der empfangen ist von dem H. Geist, gebohren aus Maria der Jungfrau; 4. (Der) gelitten (hat) unter Pontio Pilato, gekreuziget, gestorben und begraben (ist worden). 5. (Der) abgestiegen (ist) zu der Hölle, am dritten Tage wieder auferstanden von den Todten; 6. Aufgefahren zu den Himmeln; sitzet zur Rechten Gottes, des allmächtigen Vaters; 7. Von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten. 8. Ich glaube in den H. Geist; 9. Eine heilige allgemeine christliche Kirche, (eine) Gemeinschaft der Heiligen; 10. Ablaß der Sünden; 11. Die Auferstehung des Fleisches; 12. Und ein ewiges Leben, Amen.

6. *Quid sibi vult primus Symboli Articulus: Credo in Deum Patrem?*

Ostendit primam in Deitate Personam, Patrem scilicet (*h*) cælestem & æternum, cui nihil factu impossibile sit, vel difficile; (*i*) qui cœlum & terram, visibilia simul & invisibilia cuncta ex nihilo produxit, & producta usque conservat, & gubernat summa bonitate & sapientia (*k*).

(*h*) *Benedictus Deus & Pater Domini Jesu Christi Pater misericordiarum.* Paul. Epist. 2. ad Corinth. c. 1. v. 3. (*i*) *Apud Deum omnia possibilia sunt.* Matth. c. 19. v. 26. (*k*) *Tua Pater providentia gubernat.* Sapientiæ c. 14. v. 3.

EXEMPLUM I. De creatione mundi ex Genesis c. 1. II. De Providentia Dei erga populum Israeliticum, Exodi c. 16. a v. 1. c. 17. a v. 5. 6.

7. *Quid vero secundus Articulus: Et in Jesum Christum Filium ejus?*

Commonstrat secundam in Deitate Personam, Jesum Christum scilicet, Filium Dei naturalem, unicum illum ab æterno genitum, (*l*) & Patri consubstantialem (*m*), Dominum ac Redemptorem nostrum, ut qui nos perditos liberavit (*n*).

Tria hic proponuntur: I. Quod Christus sit veri Dei Filius: (*l*) *Scimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus*

6. Was sagt der erste Artikel der Glaubensformel: Ich glaube in Gott den Vater?

Er zeiget die erste Person in der Gottheit, nämlich den himmlischen, und ewigen Vater, (h) dem nichts unmöglich, nichts schwer ist; (i) der Himmel und Erde, alle sichtbare und unsichtbare Dinge aus Nichts hervorgebracht hat, selbe immer erhält, über selbe mit höchster Weisheit und Güte herrschet (k).

(h) Gelobt sey Gott, und der Vater unsers Herrn Jesu Christi, der Vater der Barmherzigkeit. 2. Corinth. am 1, 3. (i) Bey Gott sind alle Dinge möglich Matth 19. 26. (k) Deine Vorsichtigkeit, o Vater, regieret alles! Buch der Weish. am 14, 3.

Exempel. I. Von Erschaffung der Welt aus dem 1. Buch Moyses am 1. II. Von der Vorsichtigkeit Gottes für das israelitische Volk im 2. Buch Moyses am 16, 1. u. s. w. 17, 5. 6. und ferner.

7. Was sagt aber der andere Artikel: und in Jesum Christum seinen einigen Sohn?

Er deutet auf die andere Person in der Gottheit, auf Jesum Christum nämlich, den natürlichen und einzigen Sohn Gottes, welcher von Ewigkeit her gebohren ist, (l) und ein Wesen mit dem Vater hat (m); der unser Herr und Erlöser ist, weil er uns von dem Untergange befreyet hat (n).

Da lehret man uns drey Stücke: I. Christus sey des wahren Gottes Sohn: (l) Wir wissen, daß der Sohn Gottes gekommen ist, und uns Ver-

mus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus & vita æterna. 1. Epist. Joannis c. 5. v. 20. II. Quod sit Patri substantialis: *Ego & Pater unum sumus.* Joan. c. 10. v. 30. & c. 5. v. 18. (m) *Patrem suum dicebat esse Deum, æqualem se faciens Deo.* Sic definivit Concilium generale Nicænum I. A. C. 325. contra Arianos sub Sylvestro Papa. Cum igitur Christus Joan. c. 14. v. 28. dicit: *Pater major me est;* loquitur de sua humanitate, de qua ait: *Quia vado ad Patrem.* Ibidem. III. Quod sit noster Redemptor. (n) *Vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Matth. c. 1. v. 21.

EXEMPLUM. I. Ex Matth. c. 16. v. 16. ubi Simon Petrus dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi &c.* II ex Joan. c. 20. v. 28. ubi Thomas dixit ei (Christo): *Dominus meus & Deus meus!*

8. *Quid porro tertius: Qui conceptus est de Spiritu Sancto?*

Mysterium proponit Dominicæ Incarnationis, quia idem Dei Filius de cælo descendens humanam naturam assumpsit, (o) sed modo singulari prorsus, ut qui conceptus fuit sine Patre ex virtute Spiritus S. & natus ex Maria Virgine illibata (p)

Duo traduntur: I. Quod Filius Dei, manens verus Deus, factus fuerit etiam verus homo ac

duæ

stand gegeben hat, daß wir den wahren Gott erkennen, und in seinem wahren Sohne seyn. Dieser ist der wahre Gott, und das ewige Leben. 1. Johan. am 5, 20. II. Christus habe ein Wesen mit dem Vater. Ich und der Vater sind eins. Johan. am 10, 30. Und (m) Johan. 5, 18, sagt er, Gott sey sein Vater, und machte sich selbst Gott gleich. Dieß ist auch der Schluß des ersten allgemeinen Kirchenraths von Nicäa wider die Arianer unter dem Pabst Sylvester im J. Chr. 325. Wenn also Christus Johan. am 14, 28. sagt: Der Vater ist größer als ich; redet er von seiner Menschheit, von der die Worte zu verstehen sind: Weil ich zum Vater gehe. ebend. III. Christus sey unser Erlöser (n) Dessen Namen sollst du Jesus heissen: denn er wird sein Volk frey machen von ihren Sünden. Matth. am 1, 21.

Exempel. I. Aus Matth. 16, 16. wo Simon Petrus sagt: Du bist Christus des lebendigen Gottes Sohn. II. Aus Johan. am 20, 28. wo Thomas zu Christo sagt: Mein Herr, und Mein Gott!

8. Was will ferner der dritte sagen: Der empfangen ist von dem H. Geist.

Er hält uns das Geheimniß der Menschwerdung des Herrn vor, indem eben derselbe Sohn Gottes vom Himmel herabstieg, und die menschliche Natur annahm, (o) aber auf eine ganz sonderbare Weise; weil er ohne Vater durch die Kraft des H. Geistes empfangen, und aus einer unversehrten Jungfrau, Maria, gebohren ward (p).

Da lehret man 2. Stücke: I. Der Sohn Gottes sey wahrer Gott geblieben, und auch wahrer Mensch

duæ in Christo diversæ sint naturæ, divina & humana, unica autem persona divina. (*o*) *Deus erat Verbum, - - & Verbum Caro factum est.* Joan. c. v. 1. & 14. *Christus Jesus cum in forma Dei* (verus Deus) *esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi* (naturam humanam) *accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo;* Paul. ad Philippenses c. 2. v. 6. 7. ubi *forma* hominis significat naturam hominis: sicuti *forma* Dei significat naturam Dei. Est contra Eutychianos, damnatos a Concilio Chalcedonensi Generali IV. Anno Christi 451. Summo Pontifice Leone M. II. Quod sit conceptus, & natus ex Maria Virgine: (*p*) *Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus.* Isaiæ c. 7. v. 14. & Matth. c. 1. v. 23.

EXEMPLUM I. De Christi Incarnatione Lucæ c. 1. a v. 26. usque ad v. 39. II. De Nativitate Christi Luc. c. 2. a v. 4. usque ad v. 8.

9. *Quid vero quartus: Passus sub Pontio Pilato?*

Mysterium tractat Redemptionis humanæ. Nam idem verus Dei Filius secundum humanam illam naturam assumptam extrema vere passus est pro nobis, (*q*) & peccatoribus omnibus (*r*) redimendis. Unde licet

agnus

geworden, und es seyen also in Christo zwey verschiedene Naturen, die göttliche und die menschliche, aber nur eine göttliche Person (o) Gott war das Wort, : : und das Wort ist Fleisch geworden, Johan. 1, 1. 14. Christus Jesus, da er in göttlicher Gestalt (d. i. wahrer Gott) hielt es für keinen Raub, daß er Gott gleich sey, sondern erniedrigte sich selbst, da er die Gestalt eines Knechts (die menschliche Natur) annahm, den Menschen ähnlich ward, und im äußerlichen Wandel wie ein Mensch befunden ward: Paulus zu den Philippern 2, 6. 7. Die Worte göttliche Gestalt, Gestalt des Menschen heißen nämlich hier, die göttliche, die menschliche Natur. Dieß ist wider die Eutychianer, welche der vierte allgemeine Kirchenrath im Jahr Christi 451. unter dem Pabste Leo dem Großen zu Chalcedon verdammet hat. II. Christus sey empfangen und gebohren worden von Maria der Jungfrau. p) Sieh! eine Jungfrau wird empfangen, und einen Sohn gebähren, dessen Namen wird seyn Emmanuel, das heißt so viel, als Gott ist bey uns. Isaias am 7, 14. und Matth. 1, 23.

Exempel. I. Von der Menschwerdung Christi, Lucas 1, 26. bis 39. II. Von Christi Geburt, Lucas am 2, 4. bis 8.

9. Was sagt weiter der vierte Artikel: Er hat gelitten unter Pontius Pilatus?

Er handelt von dem Geheimniße unsrer Erlösung. Denn eben der wahre Sohn Gottes hat nach angenommener menschlichen Natur wahrhaftig die härteste Dinge gelitten, damit er uns (q), und alle Sün-

agnus esset sine macula, tamen sub Pontio Pilato Præside in crucem suffixus, & in cruce mortuus, & deinde sepultus fuit (*s*).

Tria iterum credenda proponuntur: I. Quod Christus passus pro nobis sit: Isa. c. 53. v. 5. (*q*) *Ipse* (Messias ex v. 9. 11. &c.) *vulneratus est propter iniquitates nostras - - - & livore ejus sanati sumus.* II. Quod pro *omnibus* redimendis mortuus sit: (*r*) *Pro omnibus mortuus est Christus; ut et qui vivunt, jam non sibi vivant sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Paul. Epist. 2. ad Corinth. c. 5. v. 14. 15. III. Quod in cruce pro nobis mortuus sit. (*s*) *Qui peccatum non fecit, peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiæ vivamus, cujus livore sanati sumus.* Petr. Epist. 1. c. 2. v. 22. 24.

EXEMPLUM. I. De Christi oratione in horto. Matth. c. 26. a. v. 36. usque ad v. 44. II. De captivitate ibidem a v. 47. usque ad 58. III. De flagellatione Matth. c. 27. v. 26. IV. De coronatione v. 29. V. De crucifixione a v. 34. VI. De morte v. 50. VII. De sepultura v. 60.

10. *Quid autem quintus: Descendit ad inferos &c.?*

Mysterium resurrectionis Christi complectitur, qui secundum animam quidem Patres

der (r) erlösete. Denn, obwohl er ein unbeflecktes Lamm war, ward er doch unter dem Landpfleger Pontius Pilatus an das Kreuz geheftet, starb an dem Kreuze und wurde darnach begraben (s).

Da kommen abermal drey Glaubensstücke vor; I. Christus habe für uns gelitten: Isaias am 53, 5. (q) Er (der Meßias nach dem 9ten, 11ten, und folgenden Versen) ist um unserer Missethaten willen verwundet, :: und wir durch seine Wunden geheilet worden. II. Christus sey gestorben um aller Menschen Erlösung willen: (r) Christus ist für alle (Menschen) gestorben, daß die jenigen, die leben, hinfür nicht mehr sich selbst, sondern dem jenigen leben, der für sie gestorben und auferstanden ist. Paulus 2. Corinth. am 5, 14. 15. III. Christus sey für uns am Kreuz gestorben. (s) Welcher keine Sünd gethan hat, unsere Sünden selbst an seinem Leibe getragen auf dem Holz, auf daß wir der Sünde absterben, und der Gerechtigkeit leben, durch dessen Wunden wir sind geheilet worden. Petrus, 1. Brief am 2, 22. 24.

Exempel. I. Von dem Gebethe Christi im Garten, Matth. am 26, 36. bis 44. II. Von der Gefangennehmung, eben daselbst von 47. bis 53. III. Von der Geißlung, Matth. 27, 26. IV. Von der Krönung, am 29. V. Von der Kreuzigung, am 34. Vers. VI. Von dem Tode, am 50. Vers. VII. Von der Begräbniß, am 60. Vers.

10. Was will aber der fünfte sagen: Er stieg ab zu der Hölle u. s. w.?

Er enthält das Geheimniß der Urständ Christi, welcher der Seele nach in die Vorhölle

tres e limbo liberaturus descendit; (*t*) tertio vero post mortem die resumpto corpore, vi propria factus est redivivus (*u*).

Notanda *duo*: I. Quod Christus a morte quoad animam descenderit, non ad infernum, damnatorum tormenta passurus, (ut Calvinus ait); in cruce enim jam dixerat: (*t*) *Consummatum est.* Joan. c. 19. v. 30. sed ad *Limbum*; Sic clare docet S. Petrus I. 3, 18. & 19. *Christus pro peccatis nostris mortuus est - - - mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit* (nuntiavit libertatem.) II. Quod Christus resurrexerit. (*u*) Sic coram omni Judæo populo Petrus asseruit: *Hunc Jesum suscitavit Deus, cujus omnes nos testes sumus.* Actor. c. 2. v. 32. Adde ex Joanne c. 10. v. v. 17. 18.

EXEMPLUM. I. De resurrectione Lazari Joan. c. 11. v. 43. &c. II. De resurrectione Christi, Matth. 28. a v. 1.

11. *Quid sextus Articulus: Ascendit ad cælos?*

Mysterium affert gloriæ ascensionis Christi; ut qui post expletum redemptionis nostræ opus ad Patrem transivit ex hoc mundo (*x*), & cœlos sua virtute triumphator ascen-

Hölle hinabgestiegen ist, um die Väter daraus zu erlösen (t); am dritten Tage aber nach dem Tode, aus eigener Kraft seinen Leib wieder angenommen hat, und zum Leben wieder erstanden ist (u).

Da sind 2 Stücke zu merken: I. Christi Seel sey nach seinem Tode nicht in die Hölle hinabgestiegen, um alldort die Peinen der Verdammten zu leiden: (wie Calvin sagt): denn er sagte schon am Kreuze: (t) Es ist vollbracht. Johan am 19, 30. sondern in die Vorhölle: Dieß lehret deutlich der heil. Petrus im I. S. 3, 18. und 19. Christus ist für unsere Sünden gestorben.. Er, der zwar dem Körper nach getödtet, dem Geiste (der Seele) nach aber lebendig gemacht wurde, in welchem er zu den Seelen, die im Gefängniße waren, kam, und ihnen predigte (ihre Erlösung verkündete.) II. Christus sey auferstanden (u): so sagte Petrus zu den versammelten Juden: Diesen Jesum hat Gott auferwecket: davon sind wir alle Zeugen. Apostelgeschichte am 2, 32. Sieh auch Johan. am 10, 17. 18.

Exempel. I. Von des Lazarus Auferstehung, Johan. am 11, 34. und folgende. II. Von Christi Auferstehung, Matth. am 28., 1. und folgende.

11. Was sagt der sechste Artikel: Er ist gen Himmel aufgefahren?

Er bringt bey das Geheimniß der glorreichen Auffahrt Christi; als der, nachdem das Werk unserer Erlösung erfüllet war, aus dieser Welt (x) zum Vater übergieng, aus eigener Kraft im Triumph gen Himmel

ascendit, atque in ipsâ æterni Patris gloria super omnia est collocatus (*y*).

Observa *duo:* I. Quod humanitas Christi non sit ubique, ut Ubiquistæ fingunt: (*x*) *Surrexit enim, & non est hic*, ait Angelus mulieribus, quærentibus corpus illius, *præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis.* Marci c. 16. v. 6. & Christus ait Joan. c. 16. v. 28. *Veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*, II. Quod ascenderit in cœlum, ibique in gloria Patris sedeat. (*y*) *Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis, assumtus est in cœlum, & sedet a dextris Dei.* Marc. 16. v. 18.

EXEMPLUM. I. De Ascensu Eliæ, figurâ Christi L. 4. Regum c. 2. v. 1. &c. II. De ipsa ascensione gloriosa Christi. Actor. c. 1. a v. 1.

12. *Quid septimus: Inde venturus est judicare vivos & mortuos?*

Demonstrat extremum judicii diem, quando Christus humana in carne visibilis rursus de cœlo descendet, (*z*) ac tremendum aget Judicem omnium proborum ac improborum, & *reddet unicuique secundum opera ejus.*

Con-

mel aufstieg, und in des ewigen Vaters Herrlichkeit selbst über alles gesetzt ward (y).

Merke 2 Stücke: I. Christus sey der Menschheit nach nicht überall, wie die Ubiquisten dichten: (x) Denn er ist erstanden, und ist nicht mehr hier, sagte der Engel zu den Weibern die seinen Leichnam suchten; er geht vor euch nach Galiläa hin, dort werdet ihr ihn sehen. Marc. am 16, 6. Und Christus sagt bey Johan. am 16. 23. Ich bin in die Welt gekommen: ich verlasse die Welt wieder, und gehe zum Vater. II. Christus sey gen Himmel aufgefahren, und sitze dort zur Rechten Gottes, d. i. in seines Vaters Herrlichkeit. (y) Nachdem der Herr Jesus dieses geredet hatte, fuhr er gen Himmel, wo er zu der rechten Gottes sitzt. Marc. 16, 18.

Exempel. I. Von der Auffahrt des Elias, einer Figur Christi, 4. Buch der Könige am 2, 1. und folgenden. II. Von der glorreichen Auffahrt Christi selbst. Apostelgesch. am 1, 1. und folgenden.

12. Was will der siebente sagen: Von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten?

Er zeigt den letzten Gerichtstag, an dem Christus wieder sichtbar in menschlicher Gestalt vom Himmel herabsteigen (z), und ein erschreckliches Gericht über alle Fromme und Gottlose halten; und einem jeden nach seinen Werken vergelten wird.

Continet *duo*: I. Quod Christus gloriosus rediturus sit in terram. II. Quod judicaturus sit omnes tam *vivos*, h. e. justos, quam *mortuos*, h. e. peccatores. (z) *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui, cum Angelis suis; & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.* Matth. c. 16. v. 27.

Pro Exemplo sit I. Responsio Angelorum, Actor. c. 1. v. 10. 11. II. Descriptio Judicii extremi. Matth. c. 25. a. v. 3.

13. *Quid vero octavus: Credo in Spiritum Sanctum?*

Exhibet tertiam in Trinitate Personam Spiritum Sanctum, qui ex Patre Filioque procedens (*aa*) unus verus æternusque Deus est, (*ab*) & regnat cum Patre, & Filio, & proinde cum utroque simul adoratur, & conglorificatur.

Duo docet: I. Quod Spiritus S. sit verus Deus, Patri ac Filio consubstantialis, (*aa*) Paul. Epist. 1. Corinth. 3. v. 16. *An nescitis, quia templum Dei estis?* cur? quia *& Spiritus Dei habitat in vobis.* Tandem id expresse definivit Concilium Gen. II. Constantinopolitanum I. Anno Christi 381. sub Damaso I. Papa contra Macedonianos II. Quod Spiritus S. a Patre Filioque procedat (*ab*) *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis, quia a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me . . . ille me clarificabit; quia de meo accipiet,*

Da sind 2 Stücke enthalten: I. Christus werde mit Herrlichkeit auf die Erde zurückkehren. II. Er werde richten alle sowohl Lebendige, das ist Gerechte; als Todte, das ist Sünder. (5) Des Menschen Sohn wird kommen in der Herrlichkeit seines Vaters, mit seinen Engeln: und alsdann wird er einem jeden vergelten nach seinen Werken. Matth. 16, 27.

Für ein Exempel dient I. der Engel Antwort, Apostelgeschich. 1, 10. 11. II. Die Beschreibung des letzten Gerichts, Matth. 25, 31. und folgende.

13. Was sagt aber der achte: Ich glaube in den heiligen Geist.

Er stellet die dritte Person in der Dreyfaltigkeit, nämlich den heiligen Geist vor; dieser geht von dem Vater und Sohne aus (aa), ist dem Vater und Sohne ein einiger, wahrer, ewiger Gott (ab), regiert mit beyden, und wird daher mit beyden zugleich angebethet und verherrlichet.

Es werden 2 Stücke gelehrt: I. Der H. Geist sey wahrer Gott, und habe ein Wesen mit dem Vater und Sohne. (aa Paulus 1. Corinth. 3, 16. Wisset ihr nicht, daß ihr Gottes Tempel seyd? Warum? weil der Geist Gottes in euch wohnet. Es ist auch dieß ein klarer Ausspruch des zweyten allgemeinen Kirchenraths, der im Jahr Christi 3x1. unter dem Pabst Damasus dem ersten wider die Macedonier zu Constantinopel gehalten ward. II. Der H. Geist gehe aus vom Vater und Sohne. (ab). Wenn der Tröster kommen wird, welchen ich euch senden werde

piet, & annunciabit vobis. Joan. c. 15. v. 26. & c. 16. v. 14. ex quibus probatur, quod Spiritus S. etiam a Filio procedat, quia ab eo *mittitur*, ab eo *accipit;* quæ in divinis fieri non possunt, nisi per processionem. Sic Concilium Florentinum contra Græcos sub Eugenio IV. Anno Christi 1438.

EXEMPLUM. I. De Adventu Spiritus S. Actor. c. 2. a v. 1. II. De Anania ibidem c. 5. v. 3. cui Petrus: *Anania! cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo.* Dum igitur mentitus Spiritui Sancto, mentitus est Deo, consequitur Spiritum Sanctum esse Deum, vere latrevtice adorandum.

14. *Quid nonus Articulus: Sanctam Ecclesiam Catholicam?*

De Ecclesia docet, quatuor nobis esse credenda: Primum, Ecclesiam esse *Unam* (*a c*); nimirum in uno Spiritu Christi Jesu, in una fide, fideique & Sacramentorum doctrina, in uno Capite ac Rectore universalis Ecclesiæ, Vicario Christi scilicet ac Divi Petri Successore. Secundo hanc ipsam *Sanctam* esse (*a d*); quia tum a Christo Capite ac Sponso suo, cui per fidem & Sacramenta

de vom Vater, den Geist der Wahrheit, der vom Vater ausgeht: der wird zeigen von mir ... er wird mich erklären: denn von dem Meinen wird ers nehmen, und euch verkündigen. Johan. am 15, 26. und 16, 14. Dieß beweiset, der H. Geist gehe auch von dem Sohne aus; denn von diesem wird er geschicket, von diesem nimmt er: welches bey Gott nur durch das Ausgehen geschehen kann. Das ist auch der Ausspruch des Florentinischen Kirchenraths wider die Griechen unter Eugenius dem IV. im Jahre Christi 1438.

Exempel I. Von der Ankunft des heiligen Geistes. Apostelgesch. 2, 11. u. s. f. II. Von dem Ananias, eben daselbst, 5, 3. zu dem Petrus sprach: Anania, warum hat der Satan dein Herz versuchet, daß du dem H. Geist lügest... du hast nicht den Menschen, sondern Gott gelogen. Weil er denn Gott gelogen hat, da er dem H. Geiste log, folget daraus, daß der H. Geist Gott, und wahrhaftig wie Gott anzubethen sey.

14. Was will der neunte Artikel: Eine heilige allgemeine Kirch?

Er lehret, man müsse von der Kirche 4. Stücke glauben. Erstlich, die Kirche sey einig (a c); nämlich in einem Geiste Christi Jesu, in einem Glauben, in einer Glaubens- und Sacramenten-Lehre, in einem Oberhaupte der ganzen Kirche, dem Statthalter Christi, und des heiligen Petri Nachfolger. Zweytens, eben diese Kirche sey heilig (ad); theils, weil sie von Christo ihrem Haupte

ta conjungitur, sanctificatur: tum a Spiritu Sancto perpetuo gubernatur. Tertio, eandem esse *Catholicam* (*ae*) seu universalem, quia toto orbe diffusa Christi fideles omnes omnium temporum comprehendit. Quarto & postremo, in hac ipsa Ecclesia *Communionem esse Sanctorum*, puta non eorum solum, qui in terris credentes peregrinantur, verum etiam, qui carnis mortalitate exuti, vel regnant in cœlo, vel illic regnaturi, in igne purgatorio suorum peccatorum sordibus expiantur. (*af*) Qui quidem veluti unius corporis membra se invicem juvant mutuis officiis; meritis, orationibus & Sacrosancti Missæ Sacrificii Sacramentorumque Ecclesiæ virtute participant.

Ecclesia. I. est *Una* (*ac*) *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet UNUM ovile, & UNUS Pastor*, Joan c. 10. v. 16. Hæc *Unitas* provenit 1. ab uno Spiritu Christi, qui sua gratia diversas gentes in unum corpus coaptat: Ad hanc unitatem admonet Paulus Ephesios c. 4. v. 4. *Unum corpus & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ.* 2. Consistit in una fide, fideique doctrina: quæ eadem manet & in omni loco, & omni tempore. *Unus Dominus, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium* ibidem v. 5. *Non enim est dissen*

und Bräutigam mit dem sie durch den Glauben und die Sacramente vereiniget ist, geheiliget wird: theils, weil sie der heilige Geist ohne Aufhören regieret. Drittens, eben dieselbe Kirche sey catholisch (a e) das ist, allgemein, weil sie durch die ganze Welt ausgebreitet ist, und alle Glaubigen aller Zeiten einschließt. Viertens und letztens, in eben dieser Kirche sey eine Gemeinschaft der Heiligen, nämlich nicht nur derer, die im Glauben auf der Erde wandern, sondern auch derer, die schon gestorben sind, und entweder im Himmel herrschen, oder dazu im Fegfeuer sich vorbereiten, wo sie von ihren Sünden gereiniget werden (a f). Alle diese sind eben so viele Glieder eines Leibes, helfen einander mit Dienstbezeugungen, Verdiensten, Geberh; und nehmen Theil an der Kraft des hochheiligen Meßopfers, und an den Sacramenten der Kirche.

Die Kirche ist I. einig. (a c) Ich habe noch andere Schafe, die sind nicht aus diesem Schafstalle: auch diese muß ich herführen: und sie werden meine Stimme hören, und es wird eine Heerde und ein Hirt werden. Johan. am 10, 16. Diese Einigkeit kömmt her (1 von einem Geiste Christi, der durch seine Gnade verschiedene Völker in einen Leib, in eine Gesellschaft, zusammenfüget. Zu dieser Einigkeit ermahnte Paulus die Epheser 4, 4. Seyd ein Leib und ein Geist, wie ihr auch nur zu einer und eben derselben Hoffnung eures Berufes (des Himmels) berufen seyd. (2) Besteht diese Einheit

dissensionis Deus, sed pacis, Paul. Epist. 1. ad Corinth. c. 14. v. 33. 3. Hanc unitatem constituit, & conservat unum visibile Caput enascentia dubia in doctrina fidei resolvens, falsa dogmata proscribens, vera definiens; *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* ad Ephesios c. 4. v. 14.

II. Est SANCTA. (*a d*) Hæc Sanctitas est 1. a Christo: *Qui dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret.* 2. Confertur per fidem & Sacramenta: de Sacramentis enim ac de baptismate præsertim intelligendus est Paulus, dum ait: *Mundans eam lavacro aquæ, in verbo vitæ.* Ad Ephesios c. 5. v. 25. 26. Tandem 3. conservatur a Spiritu S. ita gubernante Ecclesiam, ut omni tempore futuri sint in Ecclesia vera Sancti, Evangelica consilia sequentes, quorum sanctitatem etiam miracula testantur. *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis* &c. Marci c. 16. v. 17.

in einem Glauben, und einer Glaubenslehre, welche überall und allzeit die nämliche ist. Es ist nur ein Herr, ein Glaub, eine Taufe, nur ein Gott und Vater aller. Ebendort am 5. Vers. Denn Gott ist nicht ein Gott der Uneinigkeit, sondern des Friedens. Paul. 1. Corinth. am 14, 33. (3) Macht diese Einigkeit aus, und erhält sie das sichtbare Haupt, welches die in der Glaubenslehre entstandenen Zweifel auflöset, die falschen Sätze verbannet, und die wahren bestimmet: Auf daß wir nimmer wankende Kinder seyn, noch uns durch einen jeden Wind der Lehre von arglistigen Leuten herumtreiben lassen, die uns mit Irrthümern betrüglich zu hintergehen suchen. Zu den Ephesern am 4, 14.

II. Ist die Kirche heilig. (ad) Diese Heiligkeit kömmt (1) von Christo: der die Kirche geliebt, und sich selbst für sie dargegeben hat, auf daß er sie heiligte. (2) Von dem Glauben und den Sacramenten; denn von den Sacramenten, und von der Taufe besonders sind die Worte Pauli an die Ephes. 5, 26. zu verstehen: Er hat sie gereiniget durch das Wasserbad, und das Wort des Lebens. (3) Endlich wird sie erhalten von dem heiligen Geiste, welcher die Kirche also regieret, daß allzeit in der wahren Kirche Heilige gewesen sind, und seyn werden, welche den evangelischen Räthen Folge leisten, und von derer Heiligkeit auch die Wunderwerke zeugen, gemäß dem Versprechen Christi: An denen, welche glauben, wird man diese Zeichen wahrnehmen: sie werden in meinem Namen Teufel austreiben, und neue Sprachen reden u. s. w. Marc. am 16, 17.

III. Est CATHOLICA, (*ae*) 1. Quia per totum orbem diffusa: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ibidem v. 15. & Paulus Epist. ad Romanos c. 1. v. 8. ait: *Fides vestra* (Romano - Catholica) *annunciatur in universo mundo.* 2. Quia omni tempore usque ad finem mundi continuo durat: *Ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam* Matth. c. 16. v. 18. Rationem dat Christus Matth. c. 28. v. 20. ubi perpetuum Ecclesiæ subsidium adpromittit; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

IV. COMMUNIO *Sanctorum* consistit in tribus. 1. Quod viventes pro viventibus orare possint. 3. Quod Sancti in cœlo pro viventibus; de quo in capite tertio agetur. 3. Quod nos pro defunctis in purgatorio detentis orare cum fructu possimus. (*af*) *Sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis, solvantur.* L. 2. Machabæorum c. 12. v. 46.

EXEMPLUM. de Juda Machabæo offerente *duodecim millia drachmarum argenti in Sacrificium pro peccatis mortuorum.* ibid. v. 43.

15. *Quid porro decimus: Remissionem peccatorum?*

Offert præsentem Dei gratiam peccatoribus omnibus (*ag*); ne quis de venia peccatorum suorum consequenda unquam desperet, (*ah*) modo in Ecclesia perserveret Catho-

III. Ist die Kirche allgemein, (1) weil sie durch die ganze Welt ausgebreitet ist. (a e) Gehet hin in alle Welt, und verkündet das Evangelium allen Geschöpfen, Marc. am 16, 15. Und Paulus schreibt schon von seinen Zeiten an die Römer am 1, 8. Man verkündet euren Glauben (den römisch-Catholischen) in der ganzen Welt. (2) Weil die Kirche allezeit bis ans End der Welt ohne Unterlaß währet. Ich will meine Kirche bauen, und die Pforten der Hölle werden wider sie nichts vermögen. Matth. am 16, 18. Der Grund dieser ihrer unerschütterlichen Dauer ist der beständige Beystand Christi, den er der Kirche versprach, Matth. am 28, 20. Sehet! ich bin bey euch alle Tage, bis an der Welt Ende.

IV. Die Gemeinschaft der Heiligen bestehet in 3 Stücken. 1. Darinn, daß Lebende für Lebende bethen können. 2. Daß die Heiligen im Himmel für die Lebenden; wovon im 3. Hauptstücke ein mehrers. 3. Daß wir für die Verstorbenen, die im Fegfeuer sind, mit Nutzen bethen können. (a f) Es ist ein heiliger und nützlicher Gedanken für die Verstorbenen bethen, auf daß ihnen die Sünden vergeben werden. 2. Buch der Machabäer am 12, 46.

Exempel: Judas der Machabäer opferte zwölf tausend Drachmen Silber zum Opfer für die Sünden der Verstorbenen, ebenda am 12, 43.

15. Was sagt ferner der Zehente: Nachlaß der Sünden?

Er biethet allen Sündern die bereitstehende Gnade Gottes an (a g), auf daß kein Mensch jemal verzweifle, Nachlaß seiner Sünden zu erhalten (a h), wenn er nur

tholica, & rite ejusdem Sacramentis utatur (*ai*).

Tria credenda sunt: I. Quod omnes peccatores habeant gratiam vel proxime vel remote sufficientem ad se convertendos. (*ag*) *Christus enim est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Joan. c. 1. v. 9. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Epist. 1. Joan. c. 2. v. 2. II. Quod nullum peccatum sit irremissibile ut Novatiani HH. docebant. Etsi enim quandoque dicatur, *impossibile* esse (nempe moraliter, vel solis naturæ viribus) ut aliqua peccata dimittantur; de omnibus tamen dicit Deus: (*ah*) *Vivo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, & vivat. Convertimini, convertimini a viis vestris pessimis; & quare moriemini?* Ezechiel. 33. v. 11. III. Præter fidem tamen necessarius est usus mediorum a Christo institutorum: (*ai*) *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Epist. 1. Joan. c. 1. v. 9. Plura in Cap. III. IV. & V.

Pro Exemplo sit I. parabola de filio prodigo Lucæ c. 15. v. 11. II. De ove perdita, ibidem a v. 4. II. De Magdalena Lucæ c. 7. a v. 37. IV. De Publicano Luc. c. 18. a. v. 10. V. Responsio Petri ad pœnitentes. Act. c. 2. v. 36. 37. 38.

in der catholischen Kirche verharret, und deren Sacramente sich recht bedient (a i).

Da sind 3 Stücke zu glauben: I. Alle Sünder haben oder können haben eine zureichende Gnade sich zu bekehren. (a g) Denn Christus ist das wahre Licht, welches alle Menschen erleuchtet, die in diese Welt kommen. Johan. am 1, 9. Und derselbige ist die Versöhnung für unsere Sünden: nicht allein aber für unsere, sondern auch für der ganzen Welt Sünden. 1. Johan. am 2, 2. II. Keine Sünde sey also beschaffen, daß sie nicht könne nachgelassen werden, wie vormals die Novatianer lehrten. Denn wird gleichwohl bisweilen gesagt, einiger Sünden Nachlaß könne nicht erlangt werden (nämlich nicht leicht, noch durch natürliche Kräfte allein); so sagt doch Gott von allen: (a h) So wahr als ich lebe, spricht Gott der Herr, ich habe kein Gefallen am Tode des Gottlosen, sondern daß sich der Gottlose bekehre von seinem Wege, und lebe. Bekehret, bekehret euch doch von euren so bösen Wegen; warum wollet ihr sterben? Ezechiel 33, 11. III. Man muß doch auch andere von Christo eingesetzte Mittel, neben dem Glauben, nothwendig gebrauchen: (a i) Wenn wir aber unsre Sünden bekennen, so ist er treu und gerecht, daß er uns unsre Sünden vergebe, und uns von aller Ungerechtigkeit reinige. 1. Johan am 1, 9. Sieh mehr von diesem Stücke im III. IV. und V. Hauptstück.

Exempel. I. Die Parabeln vom verlohrnen Sohne Lucä am 15, 11. u. f. II. Vom verlohrnen Schafe. ebenda vom 4. Vers. III. Die Geschichte von Magdalena Lucä am 7, 37. u. f. IV. Vom Publicanen Lucä am 18, 10. u. f. V. Die Antwort Petri an die Büßer. Apostelgesch. am 2, 36. u. f.

16. *Quid autem undecimus: Carnis resurrectionem?*

Mortuos omnes ad vitam excitandos asserit (*ak*) & novissimum judicii diem confirmat. Nam *ante Christi tribunal* in carne redivivi *omnes apparebimus, ut recipiat unusquisque, prout gessit in suo corpore, sive bonum, sive malum.* Paul. Epist. 2. ad Corinth. c. 5. v. 10.

Duo asseruntur. I. Resurrectio in carne propria. II. Judicium extremum: (*ak*) *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Joan. c. 5. v. 28. 29.

EXEMPLUM. I. De Lazaro resuscitato Ioan. c. 11. a v. 11. 14. 43. II. De Jobo c. 19. v. 25. 26. 27. III. Figura resurrectionis, Ezech. c. 37.

17. *Quid demum postremus: Et vitam æternam?*

Fidei & virtutis Christianæ præmium (*al*) beatam immortalitatem ostendit: ut certo sciamus, post hanc vitam superesse aliam longe diversam, vereque securam, beatam ac sempiternam (*am*), quæ credentibus ac obtemperantibus (*an*), a Christo destinata sit.

Tria

16. Was will aber der eilfte Artikel sagen: Des Fleisches Auferstehung?

Er sagt, alle Todten werden zum Leben erwecket werden, (a k) und es werde der letzte Tag des Gerichtes kommen. Denn vor dem Richterstuhle Christi müssen wir alle, im Fleisch zum Leben erweckte, erscheinen, auf daß ein jeglicher empfange, nachdem er in seinem Leibe gehandelt hat, Gutes oder Böses. Paulus 2. Corinth am 5, 10.

Hier werden 2 Stücke behauptet, I. Die Auferstehung im eigenen Fleische. II. Das letzte Gericht: (a k) Es kömmt die Stunde, in welcher alle, die in den Gräbern sind, die Stimme des Sohns Gottes hören werden: und, die Gutes gethan haben, werden hervorgehen zur Auferstehung des Lebens: die aber Uebels gethan haben, zur Auferstehung des Gerichts. Johan. am 5, 28. 29.

Exempel. I. Von des Lazarus Auferstehung Joh. am 11, vom 11. 14, 43. v. II. Vom Job. am 19, 25. 26. 27. III. Das Vorbild der Auferstehung, bey Ezechiel 37. Kapitel.

17. Was sagt endlich der letzte: Und ein ewiges Leben?

Er zeiget (a l) die selige Unsterblichkeit, den Lohn des Glaubens und der christlichen Tugend; auf daß wir gewiß wissen, nach diesem Leben komme noch ein anderes, ganz verschiedenes, wahrlich ruhiges, seliges, und ewiges Leben (a m), so Christus denen bestimmt hat, die glauben, und gehorchen. (a n).

Tria proponit credenda: I. Beatitudinem cœleſtem eſſe præmium; (*a l*) *Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* Matth. c. 5. v. 12. II. Illam mercedem eſſe æternam ex Matthæi c. 25. v. 46. (*am*) *Et ibunt hi in ſupplicium æternum, juſti autem in vitam æternam* III. Docet illam mercedem, etſi hæreditas ſimul ſit a Chriſto acquiſita, non dari niſi ſub onere obſervantiæ mandatorum (*an*): *Chriſtus conſummatus, factus eſt omnibus, obtemperantibus ſibi cauſſa ſalutis.* Paul. epiſt. ad Hebr. c. 5. v. 9. Ideoque beatitudo a Paulo vocatur *retributio hæreditatis*, nempe pro fideli ſervitio; Epiſt. ad Coloſſ. c. 3. v. 24.

EXEMPLUM. I. De Lazaro ſalvato Lucæ c. 16. v. 12. & Divite damnato. II. De S. Paulo exſpectante *coronam juſtitiæ* Epiſt. 2. ad Timoth. c. 4. v. 8. III. Parabola de operariis in vinea Matth. c. 20. a. v. 1. Item de inæquali præmio pro inæquali diligentia Lucæ c. 19. a v. 12. 16. 17. 18. 19. &c.

18. *Quæ eſt ſumma omnium Symboli Articulorum?*

Corde & ore (*ao*) confiteor Dominum Deum, quo nihil aut majus, aut ſapientius, aut melius poteſt excogitari, eum & unum in eſſentia ſeu natura divina, & trinum in perſonis eſſe, utpote Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ita ut hi tres unum ſint; (*ap*) Unus, verus, æternus, immenſus & incomprehenſibilis Deus ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia. Pater eſt Conditor Univer-

3 Stücke werden zu glauben vorgestellet: I. Die Seligkeit im Himmel sey ein Lohn; (a l) Freuet euch, und frolocket; denn eure Belohnung ist häufig in dem Himmel. Math. am 5. 12. II. Dieser Lohn sey ewig, nach Matth. am 25. 46: (a m) und sie werden in die ewige Pein gehen; aber die Gerechten in das ewige Leben. III. Dieser Lohn, ob er schon zugleich eine von Christo erworbene Erbschaft ist, werde nur gegeben unter dem Bedinge, daß man die Gebothe halte: (an) Christus, nachdem er alles vollbracht, ist allen, die ihm gehorsam sind, eine Ursach der ewigen Seligkeit geworden. Paulus Hebräer, am 5, 9. Darum heißt auch Paulus die Seligkeit eine Vergeltung des Erbes, nämlich für treue Dienste. Colosser am 3, 24.

Exempel: I. Vom armen Lazarus, der selig geworden Lucä am 16, 12; und dem verdammten Reichen. II. Vom H. Paulus, wie er die Kron der Gerechtigkeit erwartet 2. Timoth am 4, 8. III. Die Parabel von den Arbeitern im Weinberge. Matth. 20, 1 u. f. wie auch vom ungleichen Lohn auf ungleichen Fleiß Lucä am 19, 12. 16. 17. u. f.

18. Welches ist der kurze Begriff aller Artikel des Glaubens?

Ich bekenne mit Herz und Mund (ao) Gott den Herrn, den größten, weisesten, besten, der zu gedenken ist; ich bekenne, er sey einig im Wesen, in der göttlichen Natur, und dreyfach in den Personen, nämlich Vater, Sohn, und heiliger Geist, also daß diese drey eins sind; (ap) ein einiger, wahrer, ewiger, unermessener und unbegreiflicher Gott; aus dem, durch den, und in dem alles

verſorum : Filius Redemptor hominum : Spiritus S. Eccleſiæ ſeu Chriſti Fidelium Sanctificator & Rector. Igitur huic ſanctiſſimæ & individuæ Trinitati reſpondent Symboli tres partes præcipuæ. Prima, quæ de creatione eſt, Patri ; ſecunda, quæ de redemptione, Filio; tertia, quæ de ſanctificatione, Spiritui Sancto accommodatur.

(*a o*) Agitur de Profeſſione fidei : I. Hanc negare licet nunquam : *Qui negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Lucæ c. 12. v. 9. & c. 9. v. 26. *Qui erubuerit me & ſermones meos, hunc Filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua.* II. Profeſſio exterior etiam eſt neceſſaria: *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*; Paulus ad Romanos c. 10. v. 10. Adde ex Lucæ c. 12. v. 8. *Omnis, quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.* III. (*ap*) *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus ; & hi tres unum ſunt.* 1. Joan. c. 5. v. 7.

EXEMPLUM. I. De Petro, Actor. c. 3. v. 12. 13. &c. II. De Paulo, ibidem c. 9. v. 20. & ad

Galat.

alles ist. Der Vater ist aller Dinge Erschaffer; der Sohn der Menschen Erlöser: der heilige Geist heiliget und regiert die Kirch oder christliche Gemeinde. Also kommen die drey vornehmsten Theile der Glaubensformel überein mit der hochheiligen und unzertheilten Dreyfaltigkeit. Der erste, der von der Erschaffung handelt, mit dem Vater; der andere von der Erlösung, mit dem Sohne; der dritte von der Heiligung, mit dem heiligen Geiste.

(a o) Da wird von der Glaubensbekenntniß gehandelt. I. Ist es niemal erlaubt, den Glauben zu verläugnen: Wer mich verläugnet vor den Menschen, der wird verläugnet werden vor den Engeln Gottes, Lucä am 12, 9 und 9, 26. Wer sich aber meiner, und meiner Worte schämet; dessen wird sich des Menschen Sohn, auch schämen, wann er in seiner Herrlichkeit kommen wird. II. Es ist auch die äußerliche Glaubensbekenntniß nöthig. Denn durch den Glauben des Herzens gelangt man zur Gerechtigkeit (zur rechtfertigung vor Gott); durch das mündliche (äußerliche) Bekenntniß aber zur Seeligkeit. Paul. an die Römer 10, 10. Wer immer mich vor den Menschen bekennet, den wird des Menschen Sohn vor den Engeln Gottes bekennen, für den Seinigen anerkennen. Luk. 12, 8. III. (ap). Drey sind, die da zeugen im Himmel: der Vater, das Wort, und der heilige Geist; und diese drey sind Eins. 1. Johann am 5, 7.

Exempel: I. Vom Petrus, Apostelgeschichte am 3, 12. u. f. II. Vom Paulus, eben da am 9. 20.

Galat. c. 1. v. 16. &c. ubi Paulus, non acquieſcens *carni & ſanguini*, Chriſtum publice prædicavit. III. De cæco nato, cujus oculos Chriſtus aperuit. Joan. c. 9. v. 9. 17. 30. 35. &c.

19. *Quid eſt Eccleſia?*

Eſt omnium Chriſti fidem atque doctrinam profitentium congregatio (*a q*), quæ ſub uno & ſummo poſt Chriſtum Capite & Paſtore in terris gubernatur (*ar*).

Duo hic explicantur. I. Eccleſia militans debet eſſe viſibilis. Nulla enim extra Eccleſiam ſalus eſt; et qui vult ſalvus eſſe, primum omnium illam debet ingredi; adeoque viſibilis eſſe debet, ut videre eam omnes poſſint et invenire. Eſt autem Eccleſia viſibilis, 1 in membris, 2 in profeſſione fidei, 3 in prædicatione veri verbi Dei, 4 in adminiſtratione Sacramentorum, 5 in aliis notis Eccleſiæ, quod ſcilicet ſit una, ſancta, catholica et apoſtolica. Verum illud quidem, non eſſe viſibilem internam Eccleſiæ fidem; at vero viſibilia ſunt membra et totum Eccleſiæ corpus, quod fidem iſtam publice profitetur. Ita et Chriſtus Eccleſiam novellam civitati comparat, in monte poſitæ, atque inde ex omni parte conſpicuæ. (*a q*) *Vos eſtis lux mundi*, iniquit, *non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita.* Matth. c. 5. v. 14.

II. Eccleſia debet habere viſibile caput. Ita Chriſtus inſtituit, Petrum ſuum in terris faciendo Vicarium. Vivus adhucdum hanc ei dignitatem

20. und an die Galater, am 1, 16. u. f. wo Paulus Christum öffentlich verkündigte, und weder Fleisch noch Blut angesehen hat. III. Von dem Blindgebohrnen, den Christus sehen gemacht. Johann am 9, 9. 17. 30. 35. u. f.

19. Was ist die Kirche?

Sie ist eine sichtbare Versammlung aller derer, die sich zu Christi Glauben und Lehre bekennen, (aq) und die unter einem, nach Christo, höchstem Haupte und Hirten auf Erde, regieret wird. (ar).

Hier werden 2 Stücke erklärt; I. die streitende Kirche muß sichtbar seyn, man muß sie sehen und finden können. Denn außer der wahren Kirche ist kein Heil zu hoffen; wer selig werden will, muß vor allem in die Kirche eingehen; so muß sie also sichtbar seyn, damit man selbe finden kann. Sie ist aber auch wirklich sichtbar (1) in ihren Gliedern, (2) in ihrem Glaubensbekenntnisse, (3) in Verkündigung des wahren göttlichen Wortes, (4) in Ausspendung der Sacramente, (5) in andern Kennzeichen der Kirche, daß sie nämlich einig, heilig, allgemein und apostolisch ist. Es ist wahr, man sieht den innerlichen Glauben der Kirche nicht, aber man sieht die Glieder, den ganzen Leib der Kirche, der diesen Glauben öffentlich bekennet. So vergleichet Christus selbst seine neue angehende Kirche einer Stadt, die auf einem Berge liegt, und von allen Seiten sichtbar ist (aq). Ihr seyd das Licht der Welt, sagt er; eine Stadt, die auf einem Berge liegt, kann nicht verborgen seyn. Math. 5, 14.

II. Die Kirche muß ein sichtbares Oberhaupt haben. Diese Einrichtung hat Christus selbst getroffen, indem er Petrum zu seinem Statthalter machte.

tem promisit, dicens: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam --- tibi dabo claves regni cælorum; & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* Matth. c. 16. v. 18. & 19. Quod autem promisit, a morte redivivus implevit. Apparens olim discipulis suis *Dicit Simoni Petro: Diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: pasce agnos meos --- pasce oves meas*, i. e. tum omnem fidelium communitatem, tum & Apostolos, reliquos. Joan. v. 21. c. 15. & 16. Quodsi autem primitiva Ecclesia unum Pastorem universalem, Christi Vicarium, ab ipso Christo habuit; talem adhuc habere debet, ne *portæ inferi* gloriari possint, se prævaluisse, ac regimen Ecclesiæ, a Christo institutum, subvertisse, contra promissionem Christi. Matth. c. 16. v. 18.

Exempla I. Petrus, ubi graviora negotia inciderant, se caput esse Ecclesiæ, palam ostendit. Act. 1. v. 5. ubi Matthias Apostolus eligitur, solus *exsurgens*, solus v. 16. præcipiens, solus v. 16. 20. obscuras prophetias explicans, solus v. 21. 22. dotes novi Apostoli definiens, indicit electionem, atque ita novellæ Ecclesiæ providet; solus item c. 2. v. 14. 15. reliquos Apostolos defendit. II. Solus Petrus c. 5. in Concilio Hierosolymitano primus decidit controversiam, dicens: *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit, per os meum audire*

machte. Er hatte ihm diese Würde vor seinem Tode versprochen, indem er zu ihm sagte: Du bist Petrus, und auf diesen Felsen will ich meine Kirche bauen ... Dir will ich die Schlüssel des Himmelreiches geben; was du immer auf Erde bindest, soll auch im Himmel gebunden seyn, und was du immer auf Erden auflösest, soll auch im Himmel aufgelöset seyn. Matth. 16, 18. und 19. Was er hier versprochen, hat er auch nach seiner Auferstehung erfüllet. Er erschien einst den versammelten Aposteln, und sprach dann zu Petro, Simon, Johannis Sohn, liebst du mich mehr als diese mich lieben? Er antwortete: Ja Herr, du weißt, daß ich dich liebe. Dann sagte Jesus: Weyde meine Lämmer ... weyde meine Schafe: d. i. die ganze Gemeinde der Gläubigen sowohl, als auch die übrigen Apostel. Joh. 21, 15. und 16. Hat aber die erste Kirche Christi einen allgemeinen Hirten, und Christi Statthalter von Christo selbst bekommen: so muß sie noch einen haben, damit sich die Hölle nicht rühmen kann, sie hätte wider die Kirche obgesieget, und die von Christo eingesetzte Regierungsform umgestürzet; welches dem zuwider wäre, was Christus versprochen hat, Matth. am 16, 18.

Exempel. I. Petrus zeigte sich bey allen wichtigen Auftriten als das Haupt der Kirche. Bey der Wahl des Matthias zum Apostel stand er allein auf, er allein befahl, er allein legte die dunkeln Vorsagungen aus, er allein bestimmte die Gaben eines neuen Apostels, und that also der neuen Kirche Vorsehung. Apostelgesch. 1, 15, 2c. II. Im Kirchenrathe zu Jerusalem machte Petrus allein dem Streite ein End, indem er aufstand, und sagte: Ihr wisset Männer und Brüder, daß Gott schon vor geraumer Zeit mich aus

audire gentes verbum Evangelii, & credere, v. 7. ubi v. 12. *tacuit omnis multitudo*; *Barnabas* vero & *Paulus* ex patratis miraculis v. 12. definitionem Petri confirmarunt; Jacobus v. 14. 15. ait, ei *concordare verba Prophetarum*. Ex quibus deinde fidei articulus definitus est v. 28. *Visum est Spiritui Sancto & nobis &c.* nempe quod circumcisio non amplius sit necessaria ad salutem. Quodsi primitiva Ecclesia unum summum Pastorem habuit, & jam habere debet, quia, ubi grex visibilis manet, & Pastor visibilis manere debet.

20. *Qui ab Ecclesia prorsus alieni sunt?*

Primum Judæi & infideles omnes, atque a fide Apostatæ: deinde Hæretici, ii scilicet, qui, cum baptizati sint, contra catholicam fidem cum pertinacia tuentur errorem. Præterea Schismatici, qui a pace, & unitate catholica ipsi se segregant. Postremo, qui a communione Sanctorum, a participatione Sacramentorum, & ab Ecclesiæ suffragiis, divinisque officiis per ecclesiasticam potestatem legitime excluduntur, unde & excommunicati dicuntur (*as*): qui omnes a Christi corpore, quod est Ecclesia, sejuncti & alieni sunt, proindeque spiritualis vitæ ac salutis expertes manent, satanæ, mortique perpetuæ, nisi resipiscant, obnoxii (*at*). Ac vitandi quidem illi omnes Catholicis sed inprimis Hæretici & Schismatici non minus, quam pe-

allen zuerst gewählet hat, aus dessen Munde die Heyden das Evangelium hören und glauben sollen. Hierauf schwieg die ganze Menge still. Paulus aber und Barnabas bestättigten den Ausspruch Petri mit Erzählung geschehener Wunder. Jakob sprach, die Worte der Propheten stimmen damit überein. Hierauf ward endlich der Glaubensartikel festgesetzet, daß nämlich die Beschneidung zur Seligkeit nicht mehr nöthig sey. Apostelgesch. 15. Haben die Neulinge der Kirche einen obersten Hirten gehabt, so muß einen solchen noch jetzt die Kirche haben; denn wo die Heerde sichtbar bleibt, muß auch der Hirt sichtbar bleiben.

20. Welche gehören ganz und gar nicht zur Kirche?

Erstlich alle Juden, Unglaubige und vom Glauben Abtrinnige: Zweytens die Ketzer, jene nämlich, die zwar getaufet sind, aber einen Irrthum, der dem allgemeinen Glauben zuwider ist, hartnäckig behaupten. Drittens, die Schismatiker, welche sich von dem Frieden und der allgemeinen Einigkeit durch Spaltungen selbst absöndern; letztlich jene, die von der Gemeinschaft der Heiligen, dem Genuße der Sacramente, den Kirchengebethen, und dem öffentlichen Gottesdienste durch geistliche Gewalt rechtmäßig ausgeschlossen werden; darum heissen sie auch die Excommunicierten (as): alle diese sind von dem Leibe Christi, der die Kirche ist, getrennet und abgesöndert, bleiben also, ohne geistliches Leben und Heil, dem Satan und ewi-

peſtes quædam exitiales fugiendi atque execrandi ſunt (*au*).

Docet I. Quinam ſint extra Eccleſiam (*as*) Ad hos pertinet, quod ait Chriſtus: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Matth. c. 18. v. 17. Docet II. eos damnandos eſſe (*at*): *Eos, qui foris* (extra veram eccleſiam) *ſunt, Deus judicabit*, Paul. Epiſt. 1. ad Corinth. c. 5. v. 13. Adde dicta q. 1. (lit c.) exempla. Docet III. eos vitandos eſſe: (*au*) *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert. nolite recipere eum in domum.* Epiſt. 2. Joan. v. 10. & Paulus ad Titum c. 3. v. 10.: *Hæreticum hominem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt, qui ejusmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus.*

EXEMPLA. I. De S. Paulo excommunicante inceſtuoſum Corinthium; Epiſt. 1. ad Corinth. c. 5. v. 3. *&*. 5. *Ut tollatur e medio* Eccleſiæ, ex v. 2. II. De *Hymenæo & Phileto, quorum ſermo ut cancer ſerpit, qui a veritate exciderunt:* Paulus 2. ad Timoth. c. 2. v. 17. 18.

21. *Quæ demum eſt ſimplex, brevis & recta Fidei regula, qua Catholici ab Hereticis diſcernuntur?*

Ea eſt, Chriſti fidem atque Eccleſiæ authoritatem integram profiteri, illudque ratum ac fixum tenere oportere, quod Eccle-

ſiæ

gen Tode eigen, wenn sie nicht in sich gehen (at). Die Katholischen sollen zwar alle diese meiden, sonderbar aber jene, die Ketzerey und Spaltungen anfangen, nicht anderst, als die leidige Pest fliehen, und verabscheuen (au.)

Hier lernen wir Erstens alle jene kennen (a t), die gar nicht zur Kirche gehören. Diese alle gehen die Worte Christi an: Wer die Kirche nicht hört, den halte für einen Heyden und Publicanen. Matth. 18, 17. II. Diese alle werden verdammet werden. Gott wird, die draußen (außer der wahren Kirche) sind, richten. 1. Corinth. am 5, 13. Sieh die erste Frage und die im Buchstaben (c) angeführten Beyspiele. III. Diese alle müsse man meiden: (au) Wenn jemand zu euch kömmt, und diese Lehre nicht bringet: den nehmet nicht ins Haus, 2. Johann am 10. und Paulus zum Titus am 3, 10. Einen ketzerischen Menschen meide . . . und wisse, daß ein solcher verkehret ist, und sündiget, als der sich selbst verurtheilet hat.

Exempel: I. Vom H. Paulus, der den blutschänderischen Corinthier in den Bann gethan. 1. Corinth. 5, 3. 4. 5. auf daß er von der Gemeinde ausgeschlossen wurde, aus dem 2. Vers. II. Vom Hymenäus und Philetus, derer Wort frißt um sich wie der Krebs; welche die Wahrheit verfehlet haben. Paulus 2. Tim. am 2, 17. 18.

21. Was giebt es endlich für eine einfache, kurze, und gerade Glaubensregel, durch die man Katholische und Unkatholische unterscheidet?

Es ist diese: Den Glauben Christi und das Ansehen der Kirche ganz bekennen, und jenes fest und steif halten, was die Hirten

siæ Catholicæ Pastores atque Doctores credendum definierint. Cæterum, *si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi* (iniquit Christus ipse Matth. c. 18. v. 17.) *sicut Ethnicus & Publicanus. Non enim habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.*

Ita St. Cyprianus tract. de Simplicitate Prælatorum, sive de Unitate Ecclesiæ.

Pro Complemento hujus capitis. *Quæres* I. An fides necessaria sit ad salutem? Respondet Paulus Epist. ad Hebræos c. 11. v. 6. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Et Christus Marci c. 16. v. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur.* Ubi nos condemnamus neminem, servantes illud Lucæ c. 7. v. 37. *Nolite condemnare;* sed sententiam a Christo latam narramus Acatholicis, ad eorum terrorem & salutem. *Quæres* II. An fides sola sufficiat ad salutem? Respondet S. Paulus 1. ad Corinth. c. 13. v. 2. *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest.* Et Christus Matthæi c. 7. v. 21. *Non omnis, qui dicit mihi* per fidem: *Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.* Dum igitur salus quandoque *fidei* tribuitur, tribuitur *fidei* vivæ, *quæ per charitatem operatur.* Paul. ad Gal. c. 5. v. 6.

CAPUT

und Lehrer der allgemeinen Kirche als Glaubensartikel vortragen. Uibrigens wer die Kirche nicht höret, (sagt Christus selbst Matth. am 18, 17.) den halte für einen Heyden und Publicanen. Denn wer die Kirche nicht will zur Mutter haben, wird auch Gott nicht zum Vater haben.

Also sagt der H. Cyprianus in der Abhandlung von dem Einfachen der Vorgesetzten, oder von der Einheit der Kirche.

Zur Ergänzung dieses Hauptstückes folgen noch 2 Fragen: I. Frage: Ist der Glaube nothwendig zur Seligkeit? Die Antwort giebt Paulus, Hebr. am 11, 6. Ohne Glauben ist es nicht möglich, daß man Gott gefalle. Und Christus sagt Marci am 16, 16. Wer nicht glaubet, wird verdammet werden. Wir verdammen da niemand, und halten uns an die Ermahnung Christi beym heil. Lukas am 7, 37. Verdammet nicht; sondern wir erzählen nur den Unkatholischen zu ihrem Schrecken und Heile das von Christo gefällte Urtheil. Die II. Frage: Ist das allein zur Seligkeit genug, daß man glaube? Paulus antwortet 1. Corinth. am 13, 2. Hätte ich allen Glauben, also, daß ich auch Berge versetzte; hätte ich aber die Liebe nicht; so wäre ich nichts, es wäre mir nichts nütze. Und Christus spricht Matth. am 7, 21. Nicht jeder, der mir (durch den Glauben) sagt: Herr, Herr! wird eingehen in das Reich der Himmeln, sondern der den Willen meines Vaters, welcher im Himmel ist, thut, der wird eingehen in das Reich der Himmeln. Wenn denn bisweilen die Seligkeit dem Glauben beygemessen wird, versteht es sich vom lebendigen Glauben, der durch die Liebe wirket. Paulus zu den Galat. am 5, 6.

CAPUT II.

DE SPE & ORATIONE DOMINICA.

22. *Quid est Spes?*

Virtus est divinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis & æternæ vitæ bona (ax) exspectantur.

Notanda hic *tria* sunt: I. Quid sperandum? nempe 1. bona animæ, remissio peccatorum, Dei gratia, beatitudo æterna, 2. Et bona corporis, quatenus hæc ad illam assequendam conferunt (ax) *Quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Matth. c. 6. v. 33. II. Cur sperandum? *Quia Deus infinite potens, misericors ac fidelis propter merita Christi, se nobis daturum promisit*, si institutis a Deo mediis rite utamur. *Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem; fidelis enim est, qui repromisit.* Paulus ad Hebræos c. 10. v. 23. Hic tradatur modus generalis ac particularis eliciendi actum spei. III. Quomodo sperandum? Certa cum fiducia. Huic tamen spei conjungi potest salutaris timor, non dubitans de Dei benevolentia aut fidelitate (quam fide divina credimus) sed de nostra cooperatione, an institutis a Deo mediis rite utamur. Ideo monet Apostolus Philippenses c. 2. v. 12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* Et Petrus ait Epist. 2. c. 1. v. 10. *Fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.*

EXEM-

Das zweyte Hauptstück.

Von der Hoffnung, und des Herrn Gebethe.

22. Was ist die Hoffnung?

Sie ist eine von Gott eingegossene Tugend, durch welche wir mit gewißer Zuversicht die Güter unsers Heils, und des ewigen Lebens (ax) erwarten.

Da sind drey Stücke zu merken; I. Was soll man hoffen? nämlich 1. der Seele Güter; Nachlaß der Sünden, Gottes Gnade, und die ewige Seligkeit. 2. Des Leibes Güter, in so weit diese etwas beytragen, auf daß man das ewige Leben erlange (ax): Trachtet am ersten nach dem Reiche Gottes, und nach seiner Gerechtigkeit: so wird euch dieses alles dargegeben werden. Matth. am 6, 33. II. Warum soll man hoffen? Weil es der unendlich mächtige, barmherzige, und getreue Gott, Christi Verdienst wegen, uns zu geben versprochen hat, wenn wir die von Gott vorgeschlagene Mittel recht brauchen. Lasset uns in der Bekanntniß unsrer Hoffnung unbeweglich verharren; denn der die Verheißung gethan hat, ist getreu. Paulus an die Hebräer. am 10, 23. Da soll man die Weise lehren, wie man die Hoffnung überhaupt, und insbesondere erwecken kann. III. Wie soll man hoffen? Mit gewisser Zuversicht. Doch kann bey dieser Hoffnung eine heilsame Furcht stehen; nicht daß man zweifle an der Güte oder Treue Gottes (denn dieser sind wir durch einen übernatürlichen Glauben versichert) sondern an der eigenen Mitwirkung; ob man nämlich die von Gott einge-

EXEMPLUM. I. de Jobo, Jobi c. 13. v. 15. *Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.* II. De Tobia c. 2. v. 15. 16. 17. 18. *Vitam illam exspectamus, quam Deus daturus est.*

23. *Unde modum recte sperandi & petendi discimus?*

Ex Oratione Dominica, quam Christus ipse Dominus & Magister noster ore suo sacrosancto tradidit, & præscripsit.

Tres hic occurrunt quæstiones. I. Quid est oratio? Mentis ad Deum elevatio. Orare igitur est cum Deo colloqui & conversari, adorando illum, laudando, rogando, agendo gratias, se offerendo &c. II. An præcepto quodam orationis tenemur? Tenemur; *Petite*, Christus omnibus nobis Matth. c. 7. v. 7. præcipit, *& dabitur vobis; omnis enim, qui petit, accipit.* Ita & Paulus I. Thess. c. 5. v. 16. docet: *Sine intermissione orate.* Deum, ut Dominum nostrum adorare, bona ab eo, ut indigentes ex nobis, petere; pro acceptis eidem agere debemus gratias, igitur oratio officiorum nostrorum facile princeps est. Exempla nobis pulcherrima Christus ipse, & omnes post eum Sancti dederunt. III. Quomodo orandum? Quod mentem attinet, 1. animo humili & contrito orandum est; *oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Eccli. c. 35. v. 21. 2. Devote & atten-

eingesetzten Mittel recht gebrauche. Deswegen erinnert der Apostel die Philipper an 2, 12. Wirket euer Heil mit Furcht und Zittern; und Petrus 2. Brief im 1, 10. Brüder! Befleißet euch desto mehr, euren Beruf und eure Auserwählung durch gute Werke gewiß zu machen.

Exempel. I. Vom Job. am 13, 15. Wenn er mich auch tödtet, will ich auf ihn hoffen. II. Vom Tobias am 2, 15. u. f. Wir warten auf jenes Leben, welches Gott uns geben wird.

23. Woher lernen wir die Weise recht zu hoffen, und zu begehren?

Aus dem Gebethe, das uns Christus unser Herr und Meister mit seinem hochheiligen Munde selbst gelehret, und vorgeschrieben hat.

Hier kommen 3 Fragen vor. I. Was ist das Gebeth? Eine Erhebung des Gemüthes zu Gott. Bethen heißt also mit Gott reden, sich mit Gott unterhalten, indem man ihn anbethet, lobet, ihm danket um empfangene Gutthaten, um neue bittet, sich ihm aufopfert u. s. w. II. Muß man bethen? Ja; Bittet, befiehlt uns Christus allen Matth. 7. 7. Bittet und es wird euch gegeben werden; denn wer bittet, der empfängt. So lehrt auch Paulus: Bethet ohne Unterlaß, 1. Thessal. 5, 16. Wir müßen Gott als unsern Herrn anbethen; weil wir von uns nichts haben; ihn um Gutthaten bitten; für empfangene ihm danken; so ist also das Bethen eine unserer ersten Pflichten. Davon hat uns Christus, und alle Heilige nach ihm, die schönsten Beyspiele gegeben. III. Wie muß man bethen? Was die Seele betrifft, muß man 1. bethen mit demüthigem und reuvollem Herzen. Das Gebeth eines Menschen, der sich demüthiget, wird durch

attente; *Spiritus eſt Deus; et eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Joan. c.4. v.24. Alias merito illud nobis exprobratur Matth. c.5. v.8. *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe eſt a me.* 3. Cum fide & fiducia; *Poſtulet autem in fide, nil hæſitans.* Jac. c.1. v. 6. 4. In nomine Jeſu; *Siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Jan. c. 16. v. 13. Corpus quod attinet, orandum eſt cum reverentia atque modeſtia.

24. *Retita per partes Orationem Dominicam?*

Prima Petitio: Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. 2*da*: Adveniat regnum tuum. 3*tia*: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. 4*ta*: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 5*ta*: Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. 6*ta*: Et ne nos inducas in tentationem. 7*ma*: Sed libera nos a malo, Amen.

25. *Quid ſibi vult initium hujus orationis: Pater noſter, qui es in cœlis?*

Præfatiuncula eſt, quæ nos memores reddit ſummi beneficii, quo Deus Pater per Chriſtum nos ſibi in filios adoptivos & hæredes cooptavit (*a z*), atque hoc dulci Patris nomine

durch die Wolken dringen. Syr. 35, 21. 2. Mit Andacht und Aufmerksamkeit. Gott ist ein Geist, und die ihn anbethen, müßen ihn anbethen im Geist und in der Wahrheit Joh. 4, 24. Sonst verdient man immer den Vorwurf: Dieß Volk ehret mich mit den Lippen, aber sein Herz ist weit von mir. Matth. 15, 8. 3. Mit Glauben und Zuversicht. Er bitte aber mit Glauben und zweifle nicht. Jak. 1. 6. 4. Im Namen Jesu. Wenn ihr den Vater etwas bitten werdet in meinem Namen, so wird ers euch geben. Joh 16, 13. Was den Leib betrifft, muß man mit Ehrerbiethigkeit und Eingezogenheit bethen.

24. Sag mir des Herrn Gebeth stückweise auf?

Die I. Bitte. Vater unser, der du bist in dem Himmel, geheiliget werde dein Name. II. Zukomme uns dein Reich. III. Dein Will geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden. IV. Gib uns heute unser tägliches Brod, V. und vergib uns unsere Schulden, als wie wir vergeben unsern Schuldigern: VI. und führe uns nicht in Versuchung, VII. sondern erlöse uns von dem Uebel. Amen.

25. Was will der Eingang dieses Gebeths sagen: Vater unser, der du bist im Himmel?

Es ist eine kleine Vorrede, welche uns der höchsten Wohlthat erinnert, mit der uns Gott der Vater durch Christum zu Kindern und Erben angenommen (a z) und der süße Name

nomine provocamur tum ad redamandum, tum ad precandum magna cum fiducia (*ba*).

(*az*) Paulus ad Romanos c. 8. v. 15. 17. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in qua clamamus: Abba (Pater) Si autem filii & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* NB. *Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.* Exemplum Chriſti orantis Joan. c. 17.
(*ba*). *Si vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus ſe?* Lucæ c. 11. v. 13.

26. *Quid explicat prima petitio: Sanctificetur nomen tuum?*

Proborum filiorum juſtum & liberale deſiderium. Hi petunt ſemper & ubique in ſeſe aliisque promoveri cognitionem, timorem, honorem, amorem & cultum æternæ Majeſtatis, & quidquid demum ad ſummi optimique Patris gloriam ſpectat (*bb*).

(*bb*) Malachiæ c. 1. v. 9. *Filius honorat Patrem; ſi ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* Et Paulus ad Coloſſenſes c. 3. v. 17. *Omne, quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.* Et Chriſtus Matth. c. 5. v. 16. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus*

Name eines Vaters ermunteret uns, sowohl zur Gegenliebe, als zu einem recht zuversichtlichen Gebethe. (ba)

(az) Paulus zu den Römern am 8, 15. 17. Ihr habt empfangen den Geist derer, die zu Kinder Gottes angenommen sind; durch den wir rufen Abba (Vater). Sind wir aber Kinder, so sind wir auch Erben, und zwar Erben Gottes, und Miterben Christi: wohl gemerkt, wenn wir anders mit ihm leiden, auf daß wir auch mit ihm zur Herrlichkeit erhoben werden. Das Beyspiel des bethenden Heilands. Johann am 17. (ba) Wenn ihr, die ihr böse seyd, euren Kindern gute Gaben geben könnet: wie viel mehr wird euer Vater denen, die ihn darum bitten, einen guten Geist vom Himmel geben? Lucä am 11, 13.

26. Was erkläret die erste Bitte: Geheiliger werde dein Name?

Die Gerechte und aufrichtige Begierde frommer Kinder. Diese verlangen, daß allezeit, und überall bey ihnen, und bey andern, die Erkänntniß, Ehrfurcht, Liebe, Anbethung, der Dienst der göttlichen Majestät, und was immer zur Verherrlichung des höchsten und besten Vaters etwas beyträgt, befördert werde. (bb)

(bb) Malachias am 1, 6. Ein Sohn soll seinen Vater, ehren, . . . Bin ich nun Vater wo ist meine Ehre? Und Paulus zu den Colossern am 3, 17. Alles was ihr thut, mit Worten oder mit Werken, das thut alles im Namen des Herrn Jesu, und danket Gott und dem Vater durch ihn. Und Christus Matth. am 5, 16.

nibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.

EXEMPLUM: de Paulo in act. c. 24. v. 14. 15. 16. & Epist. 2. ad Corinth. c. 11. a v. 23. usque ad 31.

27. *Quid secunda petitione agimus: Adveniat regnum tuum?*

Petimus gloriam regni cœlestis, æternæque felicitatis nobis donari, ut cito cum Christo in sempiternum regnemus (*bc*).

EXEMPLUM. tam pii desiderii Paulus reliquit nobis ad Philipp. c. 1. v. 23. ita scribens: (*bc*) *Coarctor ... desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo.* II. Eadem spe cœli Machabeorum mater filiolum adhortata est ad martyrium, 2 Mach. 7. — Notent autem hic omnes, non adeo mollem ad astra viam esse; *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Matth. c. 11. v. 12. Unde Christus monet: *Contendite intrare per angustam portam.* Luc. c. 13. v. 24.

28. *Quid tertia: Fiat voluntas tua?*

Petimus divinæ gratiæ nobis opem adesse, ut Patris voluntatem in terra, sicut Beati omnes in cœlo faciunt, sincere, alacriter & constanter adimpleamus (*bd*).

Salus inde pendet æterna. (*bd*) *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei,*

Also lasset euer Licht leuchten vor den Menschen, daß sie eure gute Werke sehen, und euren Vater im Himmel preisen.

Exempel. Paulus in der Apostelgeschichte am 24, 14. u. f. und im 2. Corinth. am 11, 23. bis 31.

27. Was geschieht in der zweyten Bitte: Zukomme uns dein Reich?

Wir bitten um das himmlische Reich, und die ewige Glückseligkeit, damit wir bald mit Christo in Ewigkeit herrschen (bc).

Ein Beyspiel eines so heiligen Verlangens gab uns I. Der heil. Paulus, der an die Philipper schrieb 1, 23. (b c) Ich verlange aufgelöset zu werden, und bey Christus zu seyn. II. Mit der Hoffnung des Himmels munterte die Mutter der Machabäer ihr Söhnlein zur Marter auf, 2. Machab. 7. — Doch merke man sich hier, daß es gar so leicht nicht ist, in den Himmel zu kommen. Das Himmelreich leidet Gewalt; und die Gewalt brauchen, reißen es an sich. Matth. am 11. 12. Daher spricht Christus allen zu: Bemühet euch durch die enge Thüre einzugehen. Lucä am 13, 24.

28. Was thun wir in der Dritten: Dein Will geschehe?

Wir bitten um den Beystand der göttlichen Gnade, auf daß wir des Vaters Willen auf Erden, wie alle Selige im Himmel, aufrichtig, hurtig, und standhaft vollziehen (bd)

An der Vollziehung des göttlichen Willens hängt unsere Seligkeit. (b d) Nicht ein jeder, der zu mir sagt: Herr! Herr! wird in das Himmel-

mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Matth. c. 7. v. 21.

EXEMPLUM I. *Chriſtus* Joan. c. 4. v. 31. 32. 34. II. *Job.* c. 1. v. 21. III. *Heli* Lib. 1. Reg. c. 3. v. 18.

29. *Quid quarta: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie?*

Petimus ſuppeditari nobis, quæ ad vitam ſive corporis, ſive animæ fovendam & ſuſtentandam ſpectant, ut victum & veſtitum (*be*), Verbum Dei, & Eccleſiæ Sacramenta (*bf*).

EXEMPLUM. I. (*be*) *Elias* a corvo paſtus, Lib. 3. Reg. c. 17. v. 4. &c. II. *Chriſtus* Marci c. 8. a v. 1. usque ad v. 10. III. (*bf*) *Chriſtus* Matth. c. 4. v. 1. usque ad v. 5. Joan. c. 6. v. 52.

30. *Quid quinta: Et dimitte nobis debita noſtra?*

Petimus veniam ac remiſſionem peccatorum (*bg*), parati viciſſim remittere, quod in nos alii peccaverint (*bh*).

(*bg*) EXEMPLUM. I. Manaſſes L. 2. Paralip. c. 33. v. 9. - - 12. 13. (*bh*) II. Parabola de miſericordia Regis, & immiſericordia conſervi, Matth. c. 18. a v. 23. III. Chriſtus in cruce pro perſecutoribus orans. Lucæ c. 23. v. 34.

31. *Quid penultima: Et ne nos inducas in tentationem?*

Petimus in hac tanta vitæ imbecillitate divina virtute fulciri, atque adverſus mundum, car-

melreich eingehen, sondern der wird in das Himmelreich eingehen, welcher den Willen meines himmlischen Vaters vollziehet. Matth. am 7, 21.

Exempel. I. Christus Johann. am 4, 31. u. f. II. Job am 1, 21. III. Heli im 1. Buch der Könige am 3, 18.

29. Was begehren wir in der vierten: Gieb uns heut unser tägliches Brod?

Wir bitten um das, was das Leben des Leibes und der Seele befördert und erhält, als da sind Nahrung, Kleidung (be), Gottes Wort, und die Sacramente der Kirche (bf).

Exempel. I. (be) Der vom Raben gespeißte Elias 1. Buch der Könige am 17, 4. u. f. II. Christus Marci am 8, 1. u. f. bis 10. III. (bf) Christus Matth. am 4, 1. bis 5. Johan. am 6, 52.

30. Was in der Fünften: Und vergieb uns unsre Schulden?

Wit bitten um Verzeihung und Nachlaß unsrer Sünden (bg), und sind entgegen bereit jenes nachzulassen, was uns andere Leides gethan haben (bh).

(bg) Exemp. Manasses 2. Buch der Chronik am 33, 9. = 12, 13. (bh) II. Die Parabel vom barmherzigen Könige, und unbarmherzigen Mitknechte Matth. am 18, 23 u. f. III. Der am Kreuze für seine Verfolger bethende Christus. Lucä am 23, 34.

31. Was in der Vorletzten: Und führe uns nicht in Versuchung?

Wir begehren in so großer Lebensschwäche durch göttliche Kraft gestärket, und wider

carnem, dæmonemque defendi, ne quocunque modo tentationi ſuccumbentes peccato conſentiamus (*b i*).

Nunquam vires noſtras tentationes ſuperant. (*bi*) *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis; ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere* Paul. 1. ad Corinth. c. 10. v. 13.

EXEMPLUM. I. De Chriſto monente diſcipulos Matth. c. 26. v. 41. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* II. De S. Paulo tentato, Epiſt. 2. ad Corinth. c. 12. v. 7. 8. 9.

32. *Quid ſeptima & poſtrema petitione: Sed libera nos a malo?*

Petimus Dei benignitatem, qua ipſe nos liberet, & vindicet a miſeria tum corporis, tum animæ, ſive in hac vita, quoad ſaluti noſtræ congruit (*bk*), ſive in futura (*bl*). Et additur: *Amen*, hoc eſt: fiat, ſive fiet, ut ſpem, deſideriumque monſtremus accipiendi ea, quæ ſeptem his petitionibus continentur.

EXEMPLA. I. (*bk*) De *Ezechia* ægrotante L. 4. Reg. c. 20. a v. 1. uſque ad v. 7. De *Daniele*, c. 9. v. 8. 9. ad v. 19. II. (*bl*) De *Manaſſe*, (cujus orationem apocrypham vide poſt Apocalipſin) Adde orationem damnati Epulonis. Luc. c. 16. v. 27. 28.

Welt, Fleisch, und Teufel beschützet zu werden, damit wir keineswegs der Versuchung unterliegen, und in eine Sünde einwilligen (bi).

Die Versuchungen sind nie über unsere Kräfte. (bi) Gott ist getreu, der euch nicht wird über euere Kräfte versuchen lassen, sondern er wird aus der Versuchung euren Nutzen ziehen, damit ihrs könnet ertragen. Paulus 1. Corinth. am 10, 13.

Exempel. Der seine Jünger ermahnende Heiland Matth. am 26, 41. Wachet und bethet, damit ihr nicht in Versuchung fallet. II. Von dem angefochtenen Paulus 2. Corinth. am 12, 7. u. f.

32. Was in der siebenten, und letzten Bitte: Sondern erlöse uns von dem Uebel?

Wir halten bey Gottes Güte flehentlich an, daß er uns in diesem und zukünftigen (bl) Leben befreye und errette von allem Uebel des Leibes und der Seele; in diesem Leben zwar, so viel es zu unserm Heile dienlich ist (bk). Und es wird Amen, das ist, es geschehe, hinzugesetzt, damit wir dadurch unsre Hoffnung und Begierde zeigen jenes zu erlangen, was in diesen sieben Bitten enthalten ist.

Exempel. I (bk) Vom krankliegenden Ezechias 4. Buch der Könige am 20, 1. bis 7. Vom Daniel am 9, 8. bis 19. II. (bl) Von Manasses (dessen Gebeth, obwohl es nicht als eine göttliche Schrift angenommen wird, ist doch in der Bibel zu finden nach der heimlichen Offen-

33. *Quæ summa est priorum Orationis hujus petitionum?*

Priores quatuor ostendunt, quæ hic bona sperare ac petere debeamus. Inter quæ *primum* ac summum est, divinæ Majestatis honor & gloria: *Proximum*, nostra felicitas: huic *accedit* Deo debita obedientia, *Postremum* est, corporis animæque sustentatio necessaria. Hæc summatim continentur prioribus quatuor.

34. *Quæ Summa est reliquarum petitionum?*

Tres posteriores continent mala, quæ deprecari debeamus, ut sunt *peccata*, quæ nobis Dei regnum præcludunt: tum *tentationes*, quæ, nisi ope divina protegamur, sua vi ad peccandum nos pertrahunt; ac postremo hujus ac futuræ vitæ *calamitates*. Docet igitur Dominica precatio simul & bona petere, & mala deprecari.

35. *Quomodo Salutationem Angelicam recitas Virgini Matri?*

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus

barung; in einigen andern Bibeln steht es vor dem ersten Buche Esdrä.) wie auch von des verdammten Prassers Gebethe bey Luc. am 16, 27. 28.

33. Was ist der Innhalt der ersten 4 Bitten dieses Gebethes?

Die 4 ersten zeigen an, was wir hier für Güter hoffen und begehren sollen. Darunter ist die Ehre und Herrlichkeit der göttlichen Majestät das erste und vornehmste: das nächste daran ist unsere Glückseligkeit; sodann der Gott schuldige Gehorsam; und endlich des Leibes und der Seele nothwendiger Unterhalt. So viel ist überhaupts in den ersten 4 Bitten enthalten.

34. Was ist der Innhalt der noch übrigen Bitten?

Die drey letztern begreifen kürzlich die Uebel, um deren Abwendung wir bitten sollen: nämlich, die Sünden, die uns das Reich Gottes verschließen: die Versuchungen, welche, wenn uns Gottes Beystand nicht beschirmet, mit ihrer Stärke zur Sünde ziehen: und endlich die Trübsalen, dieses und des zukünftigen Lebens. Es lehret uns also des Herrn Gebeth um Erhaltung des Guten, und um Abwendung des Bösen bitten.

35. Wie bethest du den englischen Gruß zu der Jungfräulichen Mutter?

Gegrüßt seyst du, Maria! voll der Gnaden, der Herr ist mit dir, du bist gebene-

fructus ventris tui Jeſus. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis noſtræ, Amen.

36. *Unde hic modus Deiparam Virginem ſalutandi profluxit?*

Primum ab exemplo Angeli Gabrielis, (*b m*) & ſanctæ Eliſabethæ (*b n*); deinde ex uſu ipſo & conſenſu Eccleſiæ Catholicæ (*b o*).

I. Gabriel beatiſſimam Virginem his verbis ſalutavit: (*b m*) *Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Luc. 1, 28. II. Eliſabeth Mariam, apud ipſam inviſentem, ita eſt allacuta (*bn*): *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* 1, 42. III. Tertiam denique partem (*bo*): *Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis*, &c. Eccleſia catholica addidit in Concilio Epheſino, Generali III. ſub Cœleſtino I. Romano Pontifice, anno Chr. 431. habito contra Neſtorium, qui Mariam matrem Dei dici poſſe negabat. Hinc Auguſtinus Serm. 18. de Sanctis jam orat: *Sancta Maria, ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, reſove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero, &c.* Sic S. Ephrem in Orat. ad B. V. S. Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus in Liturgia, S. Anſelmus, S. Bernardus apud V. Caniſium hic.

deyt unter den Weibern, und gebenedeyt ist die Frucht deines Leibs, Jesus. Heilige Maria, Mutter Gottes, bitt für uns arme Sünder, jetzt, und in der Stund unsers Absterbens. Amen.

36. Wo ist diese Weise, die Jungfräuliche Mutter Gottes zu grüßen, hergekommen?

Erstlich von dem Beyspiele des Erzengels Gabriel (bm), und der heiligen Elisabeth (bn); zweytens vom Gebrauche, und allgemeinen Sinne der catholischen Kirche (bo).

I. Gabriel begrüßte die heiligste Jungfrau mit den Worten (bm): Gegrüßt seyst du, voll der Gnade, der Herr ist mit dir, du bist gebenedeyt unter den Weibern. Luk. 1, 28. II. Elisabeth redete die göttliche Mutter, von der sie heimgesucht wurde, also an (bn): Du bist gebenedeyt unter den Weibern, und gebenedeyt ist die Frucht deines Leibs. Luk. 1, 42. III. Den dritten Theil endlich (bo): Heilige Maria Mutter Gottes, bitt für uns ꝛc. setzte die allgemeine Kirche bey in der dritten allgemeinen Kirchenversammlung, welche im J. Chr. 431. unter dem Pabste Cälestin I. zu Ephesus gehalten worden, wider den Nestorius, der Maria die Würde einer Mutter Gottes absprechen wollte. Daher bethet schon Augustinus in seiner 18. Rede von den Heiligen: Heilige Maria, steh den Armseligen bey, hilf den Kleinmüthigen, erquicke die Leidtragenden, bitt für das Volk, sprich für die Geistlichkeit, u. s. w. So auch der heilige Ephrem in dem Gebethe zu der seligsten Jungfrau. Gregorius von Nazianz, Chrysostomus in der Messe,

An-

37. *Quem vero fructum affert hæc Salutatio?*

Sacroſanctæ Virginis, & Dominicæ Incarnationis gratam & æque ſalutarem nobis refricat memoriam (*bp*); ac præterea monet, ut gratioſæ Virginis favorem, atque apud Deum interceſſionem nobis conciliemus (*bq*).

Duplex præcipue fructus eſt: *Imus* a Chriſto (*bp*), cujus ſanctiſſimum nomen reverenter pronunciamus: promiſit autem Salvator Joan. c. 16. v. 23. *Amen, Amen dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Deinde* memoria Dominicæ Incarnationis ad ſpem, charitatem ac gratitudinem nos excitat, innumeris nos replens bonis. *IIdus* a Virginea Matre eſt, (*b q*) cujus frequens recordatio & ad imitationem nos provocat, & ad petendam obtinendamque Ejusdem apud Deum pro nobis interceſſionem nos inflammat Eam enim Chriſtus ipſe in *Cruce* moriens matrem dedit nobis, dicendo Joanni: *Fili, ecce mater tua*; & Matri: *Ecce filius tuus.* Joan. c. 19. v. 26. 27. Vult igitur, ut illam, quia mater eſt noſtra, ut matrem honoremus & invocemus. Quodſi enim *Jeremias Propheta Dei & Fratrum Amator* jam pridem defunctus *multum orat pro populo & univerſa ſancta civitate*, 2. Machabæorum c. 15. v. 14. multo magis Dei Mater pro nobis orare poteſt, ac proinde rogari, ut pro nobis oret. EXEMPLUM & maternæ ſolicitudinis, etiam tantum in neceſſitate tem-

Anselmus, Bernardus bey dem Canisius an diesem Orte.

37. Was Nutzen bringt uns dieser englische Gruß?

Er erneuert in uns das dankbare und zugleich heilsame Andenken an die Menschwerdung des Herrn, und an die heiligste Jungfrau (bp): erinnert uns dabey, daß wir uns um die Gunst der glorreichen Jungfrau, und um ihre Fürbitte bey Gott bewerben sollen. (bq).

Dieser Nutzen ist vornehmlich zweyfach: der erste kömmt von Christo (bp), denn wir sprechen seinen heiligsten Namen ehrerbiethig aus. Es hat aber der Heiland versprochen. Johann am 16, 23. Wahrlich, wahrlich, sage ich euch: wenn ihr den Vater um etwas bitten werdet in meinem Namen, wird ers euch geben. Zudem munteret uns das Andenken an die Menschwerdung des Herrn zur Hoffnung, Liebe, und Dankbarkeit auf, und erfüllet uns mit unzähligen Gütern. Der zweyte Nutzen kömmt von der jungfräulichen Mutter (bq). Denn wenn wir oft an sie denken, empfinden wir einen Trieb ihr nachzufolgen, und eine hitzige Begierde uns um ihre Fürsprache bey Gott zu bewerben. — Christus hat sie uns selbst am Kreuze noch zur Mutter gegeben, indem er zu Johannes sprach: Sieh hier deine Mutter! und zu Maria: Sieh hier deinen Sohn! Joh. 19, 26. u. 27. So will er also, daß wir sie als unsere Mutter ehren und anrufen. Als Mutter Gottes kann sie aber auch für uns bitten, und mithin von uns gebethen werden, daß sie für uns bitte. Denn hat Jeremias nach seinem

Tode

temporali, & efficacis interceſſionis apud Chriſtum dedit in nuptiis Canæ. Miſerta eſt enim illorum, quos vinum defecerat; & ad ejus preces Chriſtus primum miraculum etiam ante præfinitum tempus fecit aquam in vinum convertendo. Joan. c. 2.

38. *Quid diſcimus ex hac Salutatione?*

Eximias dotes ac laudes incomparabilis Virginis, ut quod Dei donis ac virtutibus ampliſſimis referta (*br*), quod eadem Virgo & Mater (*bs*), quod inter omnes omnium temporum mulier benedicta (*bt*), quod Regis Regum Chriſti Dei & Domini noſtri Parens (*bu*), ac proinde Inventrix gratiæ (*bx*), ac Genitrix vitæ nobis extitit.

I. (*br*) *Ave gratia plena &c.* Luc. c. 1. v. 28. *II.* (*bs*) Hoc prædixit Iſaias c. 7, v. 14. *concipiet & pariet filium; & vocabis nomen ejus Emmanuel, quod interpretatum eſt, nobiscum Deus.* Hoc eſt contra Helvidium, Virginitatem impugnantis Mariæ. III. (*bt*) *Benedicta tu in mulieribus.* Luc. c. 1. v. 28. & 42. IV. (*bu*) *Ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jeſum: Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis.* Luc.

Tode in der Vorhölle für das Volk Israel und die heilige Stadt gebethen. 2. Mach. 15, 14.; um wie viel mehr kann dieß Maria als Mutter Gottes im Himmel? Ein Beyspiel ihrer mütterlichen Sorgfalt für uns, und ihrer kräftigen Fürsprache bey Christo, auch in einer zeitlichen Sache hat sie uns bey der Hochzeit zu Cana gegeben. Sie erbarmte sich der guten Leute, denen der Wein ausgieng; und auf ihre Fürbitte wirkte Christus auch vor der Zeit sein erstes Wunder, indem er Wasser in Wein verwandelte. Joh. 2.

38. **Was lernen wir aus diesem Gruße?**

Die vortrefflichen Gaben und Lobsprüche der unvergleichlichen Jungfrau, daß sie nämlich voll der Gnaden Gottes, und herrlichsten Tugenden (br) daß sie eine Jungfrau und Mutter zugleich (bs); daß sie vor allen Weibern aller Zeiten gesegnet (bt); eine Mutter des Königs aller Könige, Christi unsers Herrn und Gottes (bu); und also für uns eine Erfinderinn der Gnade (bx), und Gebährerinn des Lebens sey.

I. (br) Gegrüßt seyst du voll der Gnade ꝛc. Lucä am 1, 28. II. (bs) Davon prophezeyte schon Isaias 7, 14. Sieh eine Jungfrau wird einen Sohn empfangen und gebähren; dessen Name wird seyn Emanuel, das heißt: Gott ist bey uns. Dieß ist wider den Helvidius, der Mariä die Jungfrauschaft anstritt. III. (bt) Du bist gebenedeyt unter den Weibern Luc. am 1, 28. u. 42. v. IV. (bu) Sieh! sagt Gabriel zu Maria: du wirst in deinem Leibe einen Sohn empfangen, und gebähren; dem sollst du den Namen

Luc. c. 1. v. 31. 32. 33. V. (b x) *Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum: Ecce concipies, & paries Jesum.* Ibidem v. 30. 31. qui quia est *Via, Veritas & Vita*, (Joan. c. 14. v. 6. illa recte dicitur *Genitrix vitæ*, per quam vitam supernaturalem recepimus.

EXEMPLUM. I. De Beatissima Virgine Elisabetham visitante, Lucæ c. 1. v. 48. ubi prædixit: *Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Hanc prophetiam nos Catholici implemus, qui sæpius eam salutamus *Benedictam.* II. De illa Muliere Luc. c. 11. v. 27. quæ *extollens vocem de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit; & ubera, quæ suxisti.* Cui Christus non contradicit, sed mulieris assentiens laudi, ait, quod & ipsa possit esse beata, si audiat Verbum Dei, & custodiat illud: *Quin imo beati, qui audiunt Verbum Dei & custodiunt illud.* v. 28.

Ex dictis patet I. quod Catholici Mariam non habeant pro Dea (ut HH. objiciunt) quia agnoscunt ea superiorem Deum & Christum, quem illa pro nobis orare debet: *Ora pro nobis*, nempe Superiorem. II. Nec Mariam Christo præponimus; suia etsi iidem subinde tituli

bis

Jesus geben: dieser wird groß seyn, und der Sohn des Allerhöchsten genennt werden. Gott der Herr wird ihm den Thron seines Vaters David geben, er wird ewig über das Haus Jacobs herrschen, und seines Reiches wird kein Ende seyn. Lucä am 1, 31. 32. 33. v. V. (b x) Fürchte dich nicht Maria! denn du hast bey Gott Gnade gefunden: Sieh! du wirst Jesum empfangen und gebähren, ebenda am 30. 31. Nun sagt aber Jesus selbst von sich bey Joh. 14. 6. Ich bin der Weg, die Wahrheit und das Leben; so heißt also Maria, seine göttliche Mutter billig die Erfinderinn der Gnade und Gebährerinn des Lebens, als durch die wir Gnade und übernatürliches Leben erhalten.

Exempel. I. Von dem Besuche, den die seligste Jungfrau der Elisabeth abgestattet, wo sie auch vorhersagte: Sieh! von nun an werden mich alle Geschlechter selig sprechen. Luk. 1. 48. Diese Vorsage erfüllen wir Catholische, indem wir sie öfters gebenedeyt nennen. II. Von jenem Weibe, das seine Stimme unter dem Volke erhub, und zu ihm sprach: Selig ist der Leib, der dich getragen hat, und die Brüste, die du gesogen hast, Luk. 11, 27. Christus widersprach ihr nicht, sondern fiel ihren Lobsprüchen bey, und sagte, auch es könne selig seyn, wenn es Gottes Worte hörte, und hielte: Ja freylich, selig sind die, welche das Wort Gottes hören und beobachten. am 28. v.

Aus dem, was gesagt worden, erhellet I. Wir Catholische halten Maria für keine Göttinn (wie uns die Glaubensgegner vorwerfen); denn wir bekennen, Gott und Christus sey mehr als Maria, weil wir sie um ihre Fürbitte bey Gott anrufen: Bitt für uns, arme Sünder. II. Wir setzen

utrique tribuantur (ut etiam Elisabeth eodem titulo & Deiparam & Christum *benedictum* vocat; *Benedicta tu -- benedictus fructus ventris tui*, Luc. 1. v. 42.) diverso tamen modo utrique tribuuntur, nempe ut debiti Christo Deo per naturam, Mariæ per gratiam. III. Nec plus honoramus B. Virginem, quam Deum cum plures Salutationes dicimus, quam Orationes Dominicas; tum quia Deus per utrasque colitur, Maria tantum per Salutationes: tum quia honor Mariæ redundat in ipsum Christum & Deum, ob quem Mariam veneramur; tum quia eadem Oratio, ob diversam intentionem, Jesum cultu latriæ, Mariam cultu hyperduliæ veneratur. Tandem IV. (si ut probatum est) Salutatio Angelica semel bona est, sæpius bona est, sicut Oratio Dominica. Nec superstitiosum est, certum numerum ad corollam Marianam persolvere; sicut superstitione vacat, dum Seraphini Isaiæ c. 6. v. 3. *ter* canunt: *Sanctus*; dum Christus in horto *ter* oravit. Marci c. 14. v. 39. *eundem sermonem dicens*: David quotidie *septies* laudavit Dominum, Psal. 118. v. 164. cujus Psalmi versus ad litteras Alphabeti numeravit. Tres juvenes in fornace Babylonica trigesies & semel repetierunt: *Benedicite Domino.* Dan. c. 3. Ubi nec numerus certus, nec grana corollæ ex se orationem reddunt efficaciorem, sed ob mysteriorum commemorationem orantis animum & ab evagatione cohibent, & ad absolvendum devotionis pensum conducunt.

Maria Christo nicht vor. Denn obwohl beyden eben dieselben Ehrennämen gegeben werden (wie denn auch Elisabeth Mariam sowohl als Christum gebenedeyt nannte: du bist gebenedeyt... gebenedeyt ist die Frucht deines Leibs. Lucä am 1, 42.) versteht sich doch solches auf verschiedene Weise; nämlich daß jene Ehrennämen Christo von Natur, Maria aber aus Gnade zukommen. III. Wir ehren auch die seligste Jungfrau nicht mehr als Gott: weil wir sie öfters grüßen, als das Gebeth des Herrn sprechen. Denn erstlich wird Gott durch beyde Gebethe geehret, Maria nur durch den englischen Gruß. Zweytens wird Gott und Christus in Maria geehret; denn wir ehren Maria wegen Christo. Drittens ehret eben dasselbe Gebeth, nach verschiedener Absicht, Jesum als Gott, Maria als einer höheren Ehre würdig, als alle andere pure Geschöpfe. IV. Wenn, wie bewiesen ist worden, der englische Gruß einmal gut ist, ist er auch wiederholet gut, wie das Gebeth des Herrn. Es ist auch nicht abergläubisch, daß man ihn am Rosenkranze nach einer gewißen Zahl wiederholet; wie es kein Aberglaube ist, wenn die Seraphim Isaiä am 6, 3. dreymal singen Heilig; wenn Christus im Garten dreymal bethet; Marci am 14, 39. und eben dieselben Worte spricht; wenn David Gott täglich siebenmal lobet Psal. am 118, 164. und des Psalmes Verse nach den Buchstaben des Alphabetes zählet; wenn die 3 Knaben im babylonischen Ofen 31mal wiederholen: Lobet den Herrn, Daniel am 3. Es machen freylich weder die gewiße Zahl, noch die Perlein des Rosenkranzes das Gebeth kräftiger; doch hindert das Andenken an die Geheimnisse die Ausschweifungen des Gemüthes, und machet, daß man seine Andacht bis an das vorgesteckte Ziel fortsetzt.

CAPUT III.

DE CHARITATE ET DECALOGO.

39. *Quid est Charitas?*

Infusa a Deo virtus (*by*), qua Deus propter se diligitur (*bz*); proximus autem propter Deum (*ca*).

Tria traduntur: I. Quod virtus ista actum charitatis producendi sit habitus a Deo infusus: (*by*) Sic Paul. ad Rom. c. 5. v. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* II. Quod præcipua Deum amandi ratio sit ipse Deus, ut in se bonus, & infinite perfectus, (*bz*) *Nemo bonus, nisi solus Deus*, Lucæ c. 18. v. 19. Hic tradatur modus eliciendi actum charitatis perfectæ: *Quia Deus in se ipso est summum bonum, ob infinitas perfectiones suas summe amabilis.* Addatur methodus ex creaturis ascendendi ad dilectionem Dei, v. g. Credo, quod tu Deus sis infinite sapientior, potentior, pulchrior, melior, amabilior, quam hæc, & omnis creatura; ideo etiam te diligo plus, quam omnes creaturas, quam me ipsum, quia omnibus creaturis in te ipso es infinite perfectior &c. III. Quod & quemcunque proximum, etiam inimicum nostrum diligere teneamur, non ob naturæ tantum dotes, (qui non esset, nisi amor naturalis) sed *propter Deum* (*ca*) quia quilibet homo *Dei imago est*, Genesis cap. 1. v. 27. Deinde 2. Quia Deus id præcepit: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.*

Das dritte Hauptstück.

Von der Liebe, und den zehn Gebothen.

39. Was ist die Liebe?

Eine von Gott eingegossene Tugend, (by) dadurch Gott wegen seiner; (bz) der Nächste aber wegen Gott (ca) geliebet wird.

Da werden drey Stücke gelehret: I. Die Tugend, aus der die Uebung der Liebe herfließt, sey von Gott eingegossen, (by) Die Liebe Gottes ist in unsern Herzen durch den heiligen Geist ausgegossen, der uns gegeben ist. Röm. 5, 5. II. Wir müßen Gott lieben wegen seiner selbst, weil er in sich selbst unendlich gut, unendlich vollkommen ist. (bz) Niemand ist gut als Gott allein, Luk. 18, 19. Da soll man lehren, wie man eine vollkommene Liebe Gottes erwecken könne: Weil Gott an sich selbst das höchste Gut, und wegen seinen unendlichen Vollkommenheiten höchstens liebenswürdig ist. Man setze hinzu die Weise aus den Geschöpfen zu der Liebe Gottes aufzusteigen, z. B. Ich glaube, du, o Gott, seyst unendlich weiser, mächtiger, schöner, besser, liebenswerther, als dieses, und alle andere Geschöpfe: daher liebe ich dich auch mehr, als alle Geschöpfe, als mich selbst, weil du an dir selbst unendlich vollkommener bist als alle Geschöpfe, u. s. w. III. Wir müßen alle Menschen, auch unsere Feinde lieben, nicht nur wegen ihrer natürlichen Gaben, denn dieß wäre nur eine natürliche Liebe; sondern we-

ipsum. Matth. c. 22. v. 39. & c. 5. v. 44. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros &c.* 3 Quia, quod proximo *propter Deum* præstatur, id Deus perinde accipit, ac si id ipsi Deo fuisset exhibitum. *Amen dico vobis: quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matth. 25. v. 40.

40. *Quod sunt Charitatis Præcepta?*

Duo principalia: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis; hoc est primum & maximum mandatum (cb). Secundum vero simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum (cc): in his Præceptis universa lex pendet & Prophetæ.* (Matth. c. 22. v. 37. Marci c. 12. v. 30).

EXEMPLUM. I. (*cb*) Charitatis Dei. 1. *Josue* hoc supremum Israelitis monitum dedit. c. 23. v. 1. *Hoc tantum diligentissime præcavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum.* 2. *Petrus* Joan. c. 21. v. 15. *Domine tu scis, quia amo te,* 3. *Paulus* Epist. ad Rom. c. 8. v. 35. 39. II. (*cc*). EXEMPLA dilectionis proximi, etiam inimicorum: *Joseph* Genesis c. 45. *David* Lib. 1. Regum cap. 24. a vers. 5. *Christus* Lucæ c. 23. v. 34. *Ste-*

wegen Gott (ca), weil jeder Mensch ein Ebenbild Gottes ist, 1. Buch Moyses 1, 27. Zweytens, weil es Gott gebothen hat: Du sollst deinen Nächsten lieben, wie dich selbst. Matth. 22. 39. und 5, 44. Ich aber sage euch: Liebet eure Feinde. u. s. f. Drittens, weil Gott alles aufnimmt, als wenn es ihm selbst geschehen wäre, was wir dem Nächsten wegen Gott thun. Wahrlich sage ich euch, was ihr einem aus diesen meinen geringsten Brüdern gethan, das habt ihr mir gethan. Matth. 25, 40.

40. Wie viel sind Gebothe der Liebe?

Hauptsächlich zwey: Du sollst Gott deinen Herrn lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, aus deinem ganzen Gemüthe, und aus allen deinen Kräften; das ist das erste und größte Geboth (cb). Das zweyte aber ist diesem gleich: du sollst deinen Nächsten lieben, wie dich selbst (cc): In diesen Gebothen besteht das ganze Gesetz, und was die Propheten lehren. (Matth. 22, 37. Marci 12, 30.)

Exempel I. (cb) Der Liebe Gottes. 1. Josue gab den Israeliten vor seinem Tode diese letzte Ermahnung 23, 1.: Haltet nur dieß auf das fleissigste, daß ihr den Herrn euren Gott liebet. 2. Petrus sagte zu Jesu: Herr du weißt, daß ich dich liebe. Joh. 21, 15. 3. Paulus zu den Römern 8, 35. 39. II. (cc) Exempel der Liebe des Nächsten, auch der Feinde, gab Joseph im Buche der Erschaffung, 45. Kapitel.

Stephanus Actor. 7. v. 59. III. Hic amor ſæpe eliciendus eſt: *Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema*, 1. ad Corinth. c. 16. v. 22. *Qui non diligit, manet in morte*, 1. Joan. 3. v. 14.

41. *Quo indicio ſe prodit Charitas erga Deum?*

Si ejus obſerves mandata. *Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus* (*cd*), *& mandata ejus gravia non ſunt* (*ce*). (Joan. Epiſt. 1. c. 5. v. 3.). Et Chriſtus ipſe docet: *Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me.* (Joan. c. 14. v. 21.) (*cf*).

Docet duo: I. Quod etiam Chriſtiani teneantur obſervare præcepta Decalogi (*cd*); 1. quia tenentur Deum diligere: *Hæc eſt autem charitas Dei &c.* 2. Quia Chriſtus Matth. c. 19. v. 16. interroganti: *Quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* reſpondet v. 17. ſerio: *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata*: non tantum unum mandatum *fidei*, ſed *mandata* Decalogi, ut Chriſtus ipſe explicat v. 18. 19. Nempe *Lex ceremonialis & judicialis* usque ad *Joannem* Luc. 16. v. 16. jam eſt abrogata; *Lex* vero moralis, quia in natura fundata, a Chriſto confirmata eſt. Qui legem pro nobis implevit, non, ut lege ſoluti, peccata legi contraria faciamus, ſed ut ejus & exemplo, & gratia adjuti eandem obſervemus. II. Docet, nos poſſe cum Dei auxilio ſervare præcepta non tantum externe, ſed etiam interne; quod quidem (*ce*) probatur 1.

ex

David Buch der Könige 24, 5. Christus Lucä 23, 34. Stephanus Apostelgeschichte 7, 59. III. Man soll öfters die Liebe erwecken: Wenn jemand unsern Herrn Jesum Christum nicht liebt, der sey verbannt, 1. Corinth. 16, 22. Wer nicht liebet bleibt, in dem Tode, 1. Joh. 3, 14.

41. Wie giebt sich die Liebe gegen Gott zu erkennen?

Wenn du seine Gebothe haltest. Denn dieß ist die Liebe Gottes, daß wir seine Gebothe halten (cd), und seine Gebothe sind nicht schwer, (ce) (1. Joh. 5, 3.); und Christus selbst lehret: Wer meine Gebothe hat, und sie hält, der ists, der mich liebet. (Joh. 14. 21.) (cf).

Da lehret man 2 Stücke: 1. Auch Christen seyn schuldig die zehn Gebothe zu halten (cd) 1. Christen sind schuldig Gott zu lieben; nun besteht aber die Liebe Gottes in dem, daß man seine Gebothe halte: also sind auch Christen schuldig die Gebothe zu halten: 2. Christus hat die Gebothe auch fürs neue Gesetz bestättiget und zu halten befohlen. Er sagte dem Jüngling auf die Frage, was er thun müße, um das ewige Leben zu erhalten: Willst du zum Leben eingehen, so halt die Gebothe. Matth 19, 16. Und zwar nicht nur das einzige Geboth des Glaubens, sondern die zehn Gebothe, wie es Christus selbst am 18. 19. v. erkläret. Nämlich das Gesetz, in so weit es Ceremonien, und Rechtshändel betraf, dauerte bis auf Johannem, Luk. 16, 16. und ist nun aufgehoben: aber das Gesetz, so die Sitten angieng, weil es in der Natur gegründet ist, ist

ex Joanne l. c. quia etiam post peccatum originale *mandata ejus gravia non sunt*: & Paulus ad Philippenses c. 4. v. 13. ait: *Omnia possum in eo, qui me confortat, non ego autem*, (solus ex viribus naturalibus) *sed gratia Dei mecum.* Quam gratiam Deus promisit per Ezechielem c. 36. v. 27. *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis.* 2. Cui ratio suffragatur: quia Deus infinite *sapiens*, *bonus* ac *justus*, non potest præcipere homini aliquid impossibile, multo minus punire æternis suppliciis illum, qui non observat id, quod servare nulla ratione potuit. 3. Alias hæc absurda sequerentur: si enim, quæ Deus imperat, exequi nemo queat: igitur ne *credere* quidem possumus, cum cætera inter præcepta sit & præceptum *fidei*: igitur & licite possemus, & necessario esse deberemus idololatræ, magi, blasphemi, perjuri, homicidæ &c. saltem interne, quod HH. de se non facile fatebuntur: igitur nec divina, nec humana justitia condignis ea scelera (quæ necessario ab homine fiunt) vindicare suppliciis citra crudelitatis notam posset: igitur testimonia S. Scripturæ atque exempla omnia essent falsa: ac proinde nulla divinis Literis jam amplius habenda fides; atque ita totum Religionis orthodoxæ fundamentum corrueret; quæ quam absurda sint, nemo sanus non videt.

von Christo bestättiget worden. Christus hat das Gesetz für uns erfüllet, nicht daß wir gesetzlos leben, und wider das Gesetz sündigen, sondern daß wir selbes mit Beystand seiner Gnade, und seines Exempels beobachten. II. Wird gelehret, wir können mit der Hülfe Gottes die Gebothe nicht nur äußerlich, sondern auch innerlich halten. Denn 1. sind nach dem Ausspruche des heil. Johannes **Gottes Gebothe** auch nach der Erbsünde **nicht schwer.** Zu dem kann man mit Gottes Gnade alles. **Ich vermag alles in dem, der mich stärket,** schreibt Paulus an die Philipper 4, 13. **nicht aber ich** (aus natürlichen Kräften allein) **sondern die Gnade Gottes mit mir.** Diese Gnade hat uns Gott versprochen durch den Ezechiel 36, 27. **Ich will meinen Geist in euch pflanzen, und machen, daß ihr in meinen Gebothen wandelt.** 2. Diesem stimmet auch die Vernunft bey: denn Gott, der unendlich weis, gütig und gerecht ist, kann dem Menschen nichts unmögliches gebiethen, viel weniger denjenigen mit ewigen Peinen strafen, der nicht hält, was er auf keine Weise halten kann. 3. Es folgten auch nachstehende ungereimte Dinge. Denn wenn niemand vollziehen kann, was Gott befiehlt; können wir auch nicht glauben: weil das Geboth zu glauben auch ein Geboth ist. Und also wäre uns Abgötterey, Hexerey, Gotteslästerung, Meyneid, Todtschlag u. s. w. nicht nur erlaubt, sondern nothwendig, wenigstens in Gedanken; welches doch unsere Glaubensgegner von sich nicht leicht zugeben werden: es könnte auch weder die göttliche, noch die menschliche Gerechtigkeit jene Laster, so der Mensch nothwendig begeht, mit Strafen belegen ohne sich dem Vorwurf der Grausamkeit bloß zu geben; es wären also die Zeugniße der heiligen

Schrift,

(*cf*) EXEMPLA eorum, qui Dei mandata omnia plene obſervarunt: I. *Joſue* c. 11. v. 15. *Univerſa complevit; non præteriit de univerſis mandatis ne unum quidem verbum quod juſſerat Dominus Moyſi.* II. *David*, ut Deus Jeroboamo per Prophetam Ahiam nunciandum mandaverat, Lib. 3. Reg. c. 14. v. 8. *Cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo faciens, quod placitum eſſet in conſpectu meo.* III. *Ezechias* Lib. 4. Reg. c. 20. v. 3. orat: *Memento quæſo Domine, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim.* IV. *Joſias* Lib. 4. Reg. c. 23. v. 25. *In omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in univerſa virtute ſua converſus eſt ad Dominum juxta omnem legem Moyſi.* Adde *Aſam* Lib. 2. Paralipom. c. 15. v. 15. V. *Zacharias & Eliſabeth erant juſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus ſine querela*, Lucæ c. 1. v. 6. VI. *Juvenis Evangelicus* Matth. c. 19. v. 20. *Omnia hæc* (mandata a Chriſto e Decalogo recitata v. 18. 19.) *cuſtodivi a juventute mea.* Et *Jeſus intuitus eum*, atque ut vera loquentem *dilexit eum*. Marci c. 10. v. 21. Ex quibus exemplis patet, quod illa Divi Petri ſententia Actor. c. 15. v. 10. qua legem veterem ceremonialem *jugum* appellat, de ſumma illud portandi difficultate (quæ *moralis impotentia* dici ſolet) explicanda ſit. Legem moralem in Novo Teſtamento confirmatam ait Chriſtus, eſſe quidem adhuc

ju-

Schrift, und alle Beyspiele falsch: und daher auch der göttlichen Schrift nichts mehr zu glauben: fiel also der ganze Grund des wahren Gottesdienstes ein. Wie ungeräumt aber diese Dinge seyn, sehen alle Verständige.

(cf) Beyspiele von Personen, die alle Gebothe Gottes völlig gehalten haben: I. Josue 11, 15. hat alles vollzogen, also daß er nicht das geringste von allen den Befehlen, die der Herr dem Moyses gegeben, ausgelassen hatte. II. David, also ließ Gott dem Jeroboam sagen durch den Propheten Ahias im 3. Buche der Könige 14, 8.; David hat meine Gebothe gehalten, ist mir von seinem ganzen Herzen gefolget, und hat vor mir gethan, was mir wohlgefällig war. III. Ezechias bethet im 4. Buch der Könige 20, 3. also: Gedenke doch o Herr! wie ich vor dir in Wahrheit, und vollkommenem Herzen wandelte, und that, was dir wohl gefiel. IV. Josias 4. Buch der Könige 23, 25. wandte sich zum Herrn von seinem ganzen Herzen, von seiner ganzen Seele, und von allen seinen Kräften nach allen Gesetzen des Moyses. Daher gehört auch Asa 2. Chronik 15, 15. V. Zacharias und Elisabeth waren beyde vor Gott gerecht, und führten gemäß allen Gebothen und Satzungen des Herrn einen unsträflichen Wandel. Luk. 1, 6. VI. Der evangelische Jüngling Matth. 19, 20. hat alle diese zehen Gebothe, die ihm Christus vorgesprochen, 18. 19. v. von Jugend auf gehalten. Und Jesus sah ihn an, und liebte ihn, als einen der die Wahrheit redete. Mark. 10, 21. Wenn also der heil. Petrus Apostelg. 15, 10. die Ceremonien des alten Gesetzes ein

Joch

jugum, ſed ob uberiorem gratiam *ſuave*; eſſe adhuc *onus*, ſed ob præceptorum & paucitatem & facilitatem *leve*: *Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Matth. c. 11. v. 30.

42. *Quomodo ſe prodit, & agnoſcitur charitas erga proximum?*

Charitas patiens eſt, benigna eſt. charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati; omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: (Paulus 1. ad Corinth. c. 13. v. 4. 5. 6. 7.)

43. *Cur Præcepta Decalogi decem proponuntur?*

Etſi duo ſint charitatis præcepta, in quibus plenitudo legis verſatur, (*cg*) tamen præcepta Decalogi idcirco adjiciuntur, (*ch*) ut perſpicue magis omnes intelligant, quæ ad charitatem tum Deo, tum proximo exhibendam pertinent (*ci*)

(*cg*) Vide Q. 40. (*ch*) Hiſtoria de promulgatione Decalogi continetur in Libro Exodi c. 34. v.

Joch nennet, so ist dieß gemäß den angeführten Beyspielen nicht von einer Unmöglichkeit, sondern von einer sehr großen Beschwerlichkeit zu verstehen. Auch Christus nennt das neue Gesetz ein Joch, aber wegen der vielen Gnaden, wegen der geringen Zahl und Leichtigkeit der Gebothe ein süßes Joch und eine leichte Bürde. Matth. 11, 30.

42. Wie läßt sich die Liebe gegen den Nächsten sehen und erkennen?

Die Liebe ist geduldig, ohne Eifersucht, Bosheit, Stolz, Ehrgeitz, Eigennutz; sie läßt sich nicht aufbringen, denket nichts Arges, freuet sich nicht über Unbilligkeit, aber über Wahrheit; sie überträgt alles, glaubet alles, hoffet alles, leidet alles. (Paulus 1. Corinth. 13, 4. u. f.)

43. Warum werden zehn Gebothe gesetzet?

Obwohl nur zwey Gebothe der Liebe sind, in welchen die Völle des Gesetzes besteht (cg), werden doch zehen Gebothe gesetzet, (ch) damit alle desto klarer verstehen, was zur Liebe gegen Gott und den Nächsten gehöret (ci).

(cg) Sieh die 40. Frage. (ch) Die Geschichte von der Bekanntmachung der 10 Gebothe ist enthal-

v. 1. 2. 28. &c. (*ci*) Decem tantum eſſe Decalogi præcepta, conſtat ex Deuteronomii c. 4. v. 13.

44. *Quæ ſunt Præcepta Decalogi?*

I. Ego ſum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile, ut adores illud. II. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. III. Memento, ut diem Sabbati ſanctifices. IV. Honora Patrem tuum & Matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. V. Non occides. VI. Non mœchaberis. VII. Non furtum facies. VIII. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium. IX. Non concupiſces uxorem proximi tui. X. Non domum, non agrum, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, & univerſa, quæ illius ſunt.

Hunc ordinem ex Deuteronomii c. 5. deſumpſit Eccleſia, quem LXX. Interpretes etiam Exodi c. 20. obſervant.

halten im 2. Buch Moysis am 34. Kapitel 1, 2, 28. u. s. w. (ci) daß nur zehen Gebothe seyn, erhellet aus dem 5. Buche Moyses am 4, 13.

44. Welches sind die zehen Gebothe?

I. Ich bin der Herr dein Gott. Du sollst keine fremde Götter neben mir haben: du sollst dir kein geschnitztes Bild machen, um es anzubethen. II. Du sollst den Namen des Herrn deines Gottes nicht vergeblich führen; denn der Herr wird den nicht für unschuldig halten, der den Namen des Herrn seines Gottes vergeblich führet. III. Sey ingedenk, daß du den Sabbat heiligest. IV. Ehre deinen Vater und deine Mutter, auf daß du lang lebest auf der Erde, die dir der Herr dein Gott geben wird. V. Du sollst nicht tödten. VI. Du sollst nicht Unkeuschheit treiben. VII. Du sollst nicht stehlen. VIII. Du sollst nicht falsche Zeugniß geben wider deinen Nächsten. IX. Du sollst nicht begehren deines Nächsten Hausfrau. X. Noch dessen Haus, Acker, Knecht, Magd, Ochsen, Esel, oder was immer sein ist.

Diese Ordnung hat die Kirche genommen aus dem 5. Buche Moysis, am 5. Kapitel: und die nämliche Ordnung beobachten auch die 70 Dollmetschen im 20. Kapitel des 2. Buches Moysis.

B S B
MÜNCHEN

45. *Quid ſibi vult primum præceptum: Non habebis Deos alienos?*

Prohibet, ac damnat idololatriam, ſeu cultum falſorum Deorum (*ck*), artem magicam vel divinatoriam (*cl*), obſervationes ſuperſtitioſas (*cm*), omnem denique cultum impium (*cn*); e diverſo autem requirit, ut unum Deum optimum maximum credamus, colamus, & invocemus (*co*).

Duo dicit: I. *Prohibet* aliqua, nempe 1. *Idololatriam.* (*ck*) Sic erravit populus Iſraeliticus, in deſerto adorans vitulum, Exodi c. 32. v. 1. punitus v. 28. 2. *Artem magicam*, vel *divinatoriam* (*cl*), quæ eſt ars mira patrandi, vel occulta cognoſcendi ope dæmonis. Illam exercuerunt Malefici Pharaonis, Exodi c. 7. v. 11. 22. c. 8. v. 7. & ex primis fidelibus illi, Act. c. 19. v. 19. *qui fuerant curioſa ſectati*, qui tamen pœnitentiam egerunt, *confitentes & annuntiantes actus ſuos*, v. 18. & libros comburentes, v. 19. Hanc (*Divinatoriam*) exercuit Saul Lib. 1. Reg. c. 28. v. 7. Ochozias lib. 4. Reg. c. 1. v. 2. a Deo punitus morte, ut eadem hiſtoria refert. His *Veneficis pars illorum erit in ſtagno ardenti, igne & ſulphure*, Apocalypſ. c. 21. v. 8. (*cm*) 3. *Obſervationes ſuperſtitioſas*, cum quis effectum externum quærit (v. g. ſanitatem, pecuniam &c.) per media ejusmodi, quæ nec a natura, nec a Deo, nec a precibus Eccleſiæ virtutem habent, illum effectum efficiendi, ita ut non niſi ope dæmonis haberi poſſit: eſt vel *ſimplex*

45. Was enthält das erste Geboth: Du sollst keine fremden Götter neben mir haben?

Es verbiethet, und verdammet die Abgötterey, oder den Dienst falscher Götter (ck), die Zauberey oder Wahrsagerkunst (cl), den Aberglauben (cm), und allerley Gottlosigkeit (cn); Hingegen fodert es, daß wir an einen einzigen Gott, der das höchste und größte Gut ist, glauben, ihn verehren, und anrufen (co).

Da werden 2 Stücke gesagt: I. Es werden einige Dinge verbothen, nämlich 1. der Götzendienst, (ck). Also fehlte das Volk Israel, da es in der Wüste das goldene Kalb anbethete, 2. Buch Moysis 32, 1. ward aber auch gestraft 28. v. 2. Die Zauberey oder Wahrsagerkunst (cl), welches eine Kunst ist, durch Hülfe des Teufels Wunder zu thun, oder verborgene Dinge zu erkennen. Jene haben ausgeübet die Zauberer des Pharao, (2. Buch Moysis am 7, 11. 22. und 8, 7.) auch einige von den ersten Glaubigen (Apostelgeschichte am 19, 19.) welche aberwitzige Künsten getrieben hatten: diese thaten aber Buß: bekennten, und sagten an, was sie gethan hatten, und verbrenneten ihre Bücher. Die Wahrsagerkunst trieb Saul (1. Buch der Könige 28, 7.), auch Ochozias (4. Buch der Könige 1, 2.), den Gott mit dem Tode strafte, wie eben dieselbe Geschichte erzählet. Diesen Zauberern wird ihr Theil gegeben werden in dem Pfule, der mit Feuer und Schwefel brennt. Offenbarung 21, 8. 3. (cm) Aberglauben treibt

plex superstitio, cum commodum temporale quæris; vel *maleficium*, cum proximo noces; vel *veneficium*, *&c.* semper gravissimum ex se peccatum, Deuter. c. 18. v. 10. 11. Adde 4 (*cn*) *omnem cultum impium* Dei vel Sanctorum, a veræ Ecclesiæ usu alienum. Tandem 5. prohibet peccata omnia fidei, spei & charitati opposita. II. (*co*) *Præcipit* autem 1. *internum* cultum Dei per fidem, spem, charitatem, adorationem latrevticam &c. 2. Etiam *externum*, quo supremum Dei in nos Dominium etiam externa reverentia, sacrificiis, orationibus, corporum submissione contestamur.

EXEMPLA. 1. Josue c. 7. v. 6. *pronus cadens in terram*, *coram arca Domini oravit*. 2. Esdras Lib. 1. c. 9. v. 5. *curvavit genua*, *& expandit manus suas ad Dominum Deum suum*. 3. Christus *positis genibus orabat*. Luc. 22. v. 41.

46. *Licetne Sanctos colere & invocare?*

Licet; non ad eum quidem modum, quo jubemur Deum colere & invocare, tan-

jener, der etwas (z. E. Geld, Gesundheit u. s. w., durch solche Mittel sucht, die weder von der Natur, noch von Gott, noch vom Gebethe der Kirche eine Kraft haben, selbes hervor zu bringen; daß man es also nicht anderst, als durch Teufelshülf haben kann: und dadurch sucht man entweder einen zeitlichen Nutzen für sich, oder dem Nächsten zu schaden; welches letztere eine besondere Art des Aberglaubens ist, die Malefitz genennt wird. Alle diese Arten des Aberglaubens sind schwere Sünden (5 Buch Moysis 18, 10. 11.) 4. (cn) Alle unächte Verehrung Gottes und seiner Heiligen, welche dem Gebrauche der wahren Kirche entgegen ist. Endlich 5. verbiethet dieses Geboth alle wider Glaub Hoffnung und Liebe laufende Sünden. II. (co) Es befiehlt aber 1. die innerliche Verehrung Gottes durch den Glauben, die Hoffnung, Liebe, höchste Anbethung, u. s. w. 2 Auch die äußerliche Verehrung, mit der wir Gottes höchste Herrschaft über uns mit äußerlicher Ehrerbietigkeit, mit Opfern, Gebethen, und Beugung des Leibes bekennen.

Exempel: 1. Josue 7, 6. warf sich auf sein Angesicht zur Erde vor der Arche des Herrn, und bethete. 2. Esdras 1. Buch 9, 5. hat seine Knie gebogen, und seine Hände ausgestreckt zu dem Herrn seinem Gott. 3. Christus bethete mit gebogenen Knien Luk. 22, 41.

46. Darf man wohl die Heiligen verehren und anrufen?

Ja freylich: nicht zwar auf eben jene Weise, wie uns befohlen ist Gott zu ver-

tanquam Creatorem, & Redemptorem, & Largitorem bonorum omnium (*cp*): at longe inferiore gradu, nimirum veluti dilectissimos Dei Amicos (*cq*), nostrosque apud Ipsum Intercessores & Patronos (*cr*).

Tria hic docentur. *Primum* vero omnium declarandum est, quid *adoratio*, *cultus*, Λατρεια, Δουλεια, Υπερδουλεια quid sit. Cum Deum, ut rerum omnium Dominum, bonorum omnium fontem, & finem nostrum ultimum propter increatam & infinitam ejus excellentiam agnoscimus, veneramur & invocamus, *Adoratio* hæc, Λατρεια est. Cum Angelos Sanctosque, ut dilectos Dei amicos, propter Sanctitatem eorum & alias excellentias supernaturales veneramur, eorumque patrocinium expetimus, *Cultus* hic, Δουλεια est. Est autem Δουλεια cultus *sacer*, non *politicus* tantum, ut quem ex sacris non ex politicis causis Sanctis deferimus. Υπερδολειαν denique vocamus cultum, quem Matri divinæ, Deo quidem infinities inferiori, Angelis autem omnibus sanctisque superiori exhibendum putamus.

I. Adoratio, Λατρεια soli Deo debetur. (*cp*) *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies,* αυτῳ μονῳ λατρευσεις, Matth. c. 4. v. 10.

II. Nihilominus *bonum & utile* est (non præceptum) Angelos & Sanctos colere (non adorare).

ehren und anzubethen, als den Erschaffer, Erlöser, und Geber alles Guten (cp): sondern in einem weit geringerem Maaße, nämlich als liebste Freunde Gottes (cq), und unsre Fürbitter und Fürsprecher bey ihm (cr).

Hier werden 3 Stücke gelehret. Vor allem aber muß erkläret werden, was Anbethung, Verehrung, Λατρεια, Δουλεια, Υπερδουλεια sey. Wenn wir Gott, als den Herrn aller Dinge, als die Quelle alles Guten, als unser letztes Ziel und End wegen seiner unerschaffenen unendlichen Vortrefflichkeit erkennen, verehren und anrufen, so heißt man dieß Anbethung, Λατρεια. Wenn wir die Engel und Heiligen als Freunde und Lieblinge Gottes wegen ihrer Heiligkeit, und andern übernatürlichen Vortrefflichkeiten hochachten, ehren, und um ihre Fürbitte anrufen, so heißt dieß Verehrung, Δουλεια, und zwar eine heilige nicht nur politische Verehrung, weil sie ihnen nicht aus politischen, natürlichen sondern heiligen Ursachen erwiesen wird. Υπερδουλεια endlich heißt die Verehrung der göttlichen Mutter, weil sie zwar unendlich weniger als Gott, doch mehr als alle Engel und Heiligen, verehret zu werden verdient.

I. Anbethung, Λατρεια gebührt nur Gott allein. (cp) Du sollst Gott deinen Herrn anbethen, und ihm allein dienen, αυτῳ μονῳ λατρευσεις. Matth. 4. 10.

II. Doch ist es auch gut und nützlich (nicht gebothen) die Engel und Heiligen zu verehren (nicht

rare). (*cq*) 1. Ita definitum eſt in generali Tridentina Synodo. 2. *Abraham & Loth in terram proni, adoraverunt Angelos* ad ſe venientes, Geneſ. cc. 18, 19. Item & *Joſue* c. 5. v. 13 fecit. *Abdias* coram Propheta Elia *cecidit ſuper faciem ſuam*, & ita veneratus eſt eum certe cultu non politico, fuit enim ex proceribus Achab Regis, Elia multo ſuperior: adeoque ut Prophetam & Dei amicum hoc eum affecit honore. Ita & filii Prophetarum venerati ſunt Eliſæum. 4. Reg. c. 2. v. 15. Quos viros tam ſanctos ſuperſtitionis utique nemo inſimulaverit, neque Angelos aut Sanctos ſuperſtitionem admiſiſſe quisquam dixerit. 3. Cutus iſte inde a primis ſæculis Eccleſiæ familiaris fuit, quæ templa & aras in Angelorum Sanctorumque honores exſtruxit, feſta in eorum memoriam inſtituit, quæ ſumma cum ſolennitate celebravit, Deo ipſo iſtam devotionem collatis beneficiis & miraculis innumeris comprobante.

III. Imo *bonum* etiam & *utile* eſt, Angelos & Sanctos invocare, non quaſi ex ſe ipſis juvare nos poſſent, ſed ut apud Deum pro nobis intercedant. (*cr*) 1. Hoc etiam a Generali Tridentina Synodo fuit definitum. 2. Sic *Abraham* in gratiam Sodomitarum Angelum invocavit; *Loth* precatus eſt Angelos, & obtinuit, ne Segor interiret; *Jacob* cum Angelo luctatus benedictionem ab eo poſtulavit. Geneſ. cc. 18. 19. 32. Quodſi Angelos fas eſt invocare, & Sanctos invocare licebit; ut qui itidem amici & Domeſtici Dei ſunt. 3. Angeli & Sancti offerunt Deo preces noſtras, & intercedunt pro nobis; ergo

anzubethen.) (cq) 1. Dieß ist die klare Entscheidung des allgemeinen Kirchenrathes von Trient. 2. Abraham und Loth neigten sich vor den Engeln, die zu ihnen kamen, zur Erde, und verehrten sie auf ihrem Angesichte liegend, 1. B. Moys. 18. u, 19. K. So that auch Josue 5, 13. Abdias fiel vor dem Propheten Elias nieder, und verehrte ihn; ohne Zweifel nicht aus politischen Ursachen, denn als Höfling des Achab war er ja mehr, als Elias; er verehrte ihn also als einen Propheten und Freund Gottes, 3. B. Kön. 18. 7. Die nämliche Ehre erwiesen die Söhne der Propheten dem Elisäus, 4. B. Kön. 2, 15. Man wird doch nicht sagen, daß alle diese heiligen Männer Abgöttereyen getrieben; oder daß die Engel und Heiligen, Abgöttereyen zugelassen haben. 3. Diese Verehrung war von jeher in der Kirche eingeführt. Man bauete zur Ehre der Engel und Heiligen Altäre und Kirchen, setzte zu ihrem Andenken Feste ein, und begieng sie mit Feyerlichkeit. Gott selbst bestättigte sie mit Ertheilung vieler Gutthaten, und unzählbarer Wunder.

III. Ja es ist auch gut und nützlich, die Engel und Heiligen anzurufen, nicht als ob sie uns von sich selbst helfen könnten, sondern daß sie bey Gott für uns bitten. (cr) 1. Auch dieß hat der allgemeine Kirchenrath von Trient entschieden. 2. So hat auch Abraham den Engel für Sodoma angerufen; Loth für Segor, und hat die Rettung der Stadt erhalten; Jakob hat den Engel, mit dem er gerungen, um den Segen gebethen; 1. B. Moys. 18. 19. u. 32. K. Darf man aber die Engel anrufen, so darf man auch die Heiligen anrufen; denn auch sie sind Freunde und Hausgenossene Gottes, wie die Engel.

go multo melius utiliusque est, eorum intercessionem petere. Ita Angelus Tobiæ asseveravit, *se obtulisse orationem ejus Domino* Tob. c. 12. v. 12. De Propheta Jeremia, etsi jam pridem defuncto, ajunt Sacræ Paginæ: 2. Machab. c. 15. v. 14. *Hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo & universa sancta civitate.* 4. Viventes pios solemus rogare, ut orent pro nobis: uti S. Paulus sæpissime in epistolis suis rogavit: ergo eo utilius erit invocare Angelos & Sanctos, quo major & eorum amor & potentia est. Angelis autem & Sanctis notas esse nostras necessitates, audirique ab iis nostras preces, colligitur ex allatis numero 3. exemplis, atque ex gaudio quod in cœlo percipiunt Angeli super uno peccatore pœnitentiam agente. Luc. c. 15. v. 10.; cognitio enim præcedat, oportet, ubi gaudium est.

47. *Huicne Præcepto adversatur usus imaginum Christi ac Sanctorum?*

Nequaquam; quia præcepto huic: *Non facies tibi sculptile*, caussa mox additur (Levitici c. 26. v. 1.) *ut adores illud*, videlicet Ethnicorum more, qui falsorum Deorum statuunt simulacra, (*cs*) & idola sua impie colunt; nos autem in imaginibus Christum

gel. 3. Die Engel und Heiligen bringen unser Gebeth vor Gott, und bitten für uns; so ist es also um so viel besser und nützlicher, wenn wir sie um ihre Fürbitte anrufen. So versicherte der Engel den Tobias, daß er sein Gebeth vor Gott gebracht habe, Tob. 12, 12. Vom Propheten Jeremias aber sagt die heil. Schrift: Dieß ist Jeremias, ein Liebhaber der Brüder, der viel für das Volk und die ganze heilige Stadt bethet, obwohl er längst schon gestorben war, 2. B. Machab. 15. 14. Man pflegt die lebenden Frommen um ihr Gebeth anzusprechen; wie es der heil. Paulus gar oft in seinen Briefen thut; also ist es um so viel nützlicher, wenn man die Engel und Heiligen im Himmel anrufet, wo ihre Liebe und Macht um so viel größer ist. Daß aber die Engel und Heiligen um unsere Nöthen wissen und unser Gebeth hören, sieht man aus den oben N. 3. angeführten Beyspielen, und aus der großen Freude, welche die Engel im Himmel haben, wenn sich ein Sünder bekehrt. Luk. 15, 10. Denn wo eine Freude ist, muß eine Erkenntniß vorgegangen seyn.

47. Ist der Gebrauch der Bildnisse Christi und der Heiligen diesem Gebothe zuwider?

Durchaus nicht. Denn diesem Gebothe, Du sollst dir kein geschnitztes Bild machen, wird die Ursache beygesetzet (3. Buch Moysis 26, 1.) nämlich um selbes anzubethen, nach dem Gebrauche der Heyden, welche die Bildnisse falscher Götter auf-

rich-

ſtum & Sanctos, quos repræſentant, pio a Majoribus tradito more veneramur (*ct*).

Duo continentur: I. Quod liceat Sanctorum imagines facere ad ſacrum finem, cum ad ſacrarum hiſtoriarum memoriam, tum ad Chriſti ac Beatorum venerationem atque imitationem. 1. (*cs*) Sic *Moyſes* in deſerto erexit *ſerpentem æneum*. Lib. Numerorum c. 21. v. 9. figuram Chriſti Crucifixi. Joan. c. 3. v. 14. -- Deinde 2 *Salomon* Lib. 3. Reg. c. 6. v. 23. & 32. novas icones *Seraphim* in templo ſculpi, & v. 29. in parietibus depingi curavit citra expreſſum in Scriptura mandatum. 3. Effigies boni Paſtoris, imagines B. V. Mariæ a S. Luca depictæ, aliæque antiquiſſimæ Sanctorum icones, a Concilio Generali VII. Nicæno II. anno 787. contra Iconomachos approbatæ, a Concilio Florentino Seſſ. 5. & a Concilio Tridentino Seſſ. 25. laudatæ traditum a majoribus pium morem comprobant. II. Quod liceat ſacras imagines in honore habere: non ob latentem in iis divinitatem aliquam (quod eſſet idololatricum) ſed ob Chriſtum aut Sanctos, quos exhibent; ſic 1. (*ct*) Deus Pſalmo 98. v. 5. ait: *Adorate ſcabellum pedum ejus*, nempe arcam; ſic vult, ut *Nomen Jeſu* (quod etiam tantum repræſentat Salvatorem) *flexo* etiam *genu* adoretur, teſte Paulo ad Philippenſes c. 2. v. 10. *ut invocetur*, Act. c. 2. v. 21. Tandem 3. non tantum Catholici, ſed & HH. veneran-

tur

richten (cs), und ihre Götzen gottloser Weise verehren und anbethen. Wir hingegen pflegen nach gottseligem Gebrauche, den wir von unsern Voráltern herhaben, in den Bildnissen Christum und die Heiligen, welche dadurch vorgestellet werden, zu verehren (ct).

Da sind 2 Stücke enthalten: I. Es sey erlaubt, daß man zur guten Absicht Bildnisse der Heiligen mache; nämlich zum Angedenken frommer Geschichten, zur Verehrung und Nachfolge Christi und der Seligen. 1. (cs) Also hat Moyses in der Wüste die ähtene Schlange aufgerichtet, (4. Buch Moysis 21, 9.) als ein Vorbild Christi des gekreuzigten (Johan: 3, 14.) ⸗⸗ 2. Salomon hat (3. Buch der Könige 6, 23.) neue Bilder der Seraphim schnitzen, und an die Wände malen lassen, ohne ein in der Schrift ausdrücklich gemeldetes Geboth. 3. Das Bild des guten Hirten, und jene der seligsten Jungfrau Maria, die der heilige Lukas gemalen hatte, wie auch andere uralte Bilder der Heiligen sind von dem siebenten allgemeinen Kirchenrathe, dem zweyten Nicänischen, im Jahr 787., wider die Bilderstürmer gutgeheißen, vom Kirchenrathe zu Florenz in der 5. Handlung, und vom Kirchenrathe zu Trient in der 25. Handlung gelobet worden, und bestättigen also den von unsern Voráltern hergebrachten andächtigen Gebrauch. II. Es sey erlaubt, andächtige Bilder in Ehren zu haben (ct), nicht als ob eine Gottheit darinn stecke, (welches abgötterisch wäre), sondern wegen Christo und den Heiligen, die durch selbe vorgestellet werden. Also sagt Gott (98. Psalm, 5. v., Werfet euch nie-

tur S. Scripturam, eamque osculantur; quæ tamen Deum, Christum & Sanctos nonnisi in characteribus ceu imaginibus repræsentatos exhibet. Notandum tamen, cultum sacrarum imaginum non esse *absolutum*, qui sistat in imagine; sed *respectivum*, qui prototypon in effigie veneretur.

48. *Quid secundum prohibet: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum?*

Vetat abusum divini nominis, (*cu*) & irreverentiam, quæ committitur a perjuris, (*cx*) blasphemis, (*cy*) per Deum, Sanctos, vel creaturam aliquam, absque gravi caussa, veritate ac reverentia jurantibus.

Tria explicanda sunt: 1. Quanta reverentia divino Nomini, aliisque sacris rebus exhibenda sit (*cu*): *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine JESU omne genu flectatur cæle-*

nieder vor seinem Fußschemmel, nämlich vor der Arche; also will er, daß der Name Jesus auch mit gebogenen Knien angebethet werde, nach Zeugniß Pauli zu den Philippern, 2, 10.; daß er angerufen werde, (Apostelgesch. 2, 21.) 3. Endlich wird die heilige Schrift, nicht nur von Katholischen, sondern auch von Unkatholischen verehret, und geküßt: obwohl selbe Gott, Christum und die Heiligen nur in Buchstaben, als Bildern vorstellt. Doch ist zu merken, die Verehrung andächtiger Bilder bleibe bey dem Bilde nicht stehen, sondern ziele auf die Person selbst, welche im Bilde vorgestellt wird. Daß also das Bild nicht wegen seiner, sondern wegen dem, den es vorstellet, geehret werde.

48. Was verbiethet das zweyte Geboth: Du sollst den Namen des Herrn deines Gottes nicht vergeblich führen?

Es verbiethet den Misbrauch und die Entehrung des göttlichen Namens (cu), Sünden, die von Meyneidigen (cx), Gottslästerern (cy), und jenen begangen werden, die bey Gott, den Heiligen, oder sonst einem Geschöpfe, ohne wichtige Ursache, ohne Wahrheit, und Ehrerbietigkeit schwören.

Da sind 3 Stücke zu erklären: I. Welch eine große Ehrerbietigkeit dem göttlichen Namen, und allen geheiligten Sachen gebühre; (cu) Er hat ihm einen Namen, der über alle Namen ist, ge-

Weil es das Opfer des neuen Bundes (fn), ein reines (fo) unblutiges Opfer ist, das anstatt jener blutigen Opfer des alten Bundes ist eingesetzet worden, und für lebendige (fp) und abgestorbene Christglaubige in der heiligen Meß aufgeopfert wird (fq). Daher geschieht es, daß dieses Sakrament nicht nur von dem rechtglaubigen Volke genossen, sondern auch von den Priestern zur immerwährenden Gedächtniß des Leidens und Sterbens Christi (fr) für

I. (*fn*) iſtud novæ Legis ſacrificium inſtitutum eſt a Chriſto in ultima Cœna. Cum enim Chriſtus ſit *Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, Pſal. 109. v. 5. & ad Hebr. c. 7. v. 17.; Melchiſedech autem *panem & vinum* obtulerit, Geneſ. c. 14. v. 18., etiam Chriſtus eodem ritu incruento eadem ſymbola offerre debuit. Quod quia non fecit in Cruce, fecit in ultima Cœna, offerens hic Corpus & Sanguinem ſuum ſub panis ac vini ſpeciebus; in Cœna proprie ſacrificavit ut Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Ut autem eſſet etiam *Sacerdos in æternum*, præcepit Apoſtolis ſuis Luc. c. 22. v. 19. *Hoc* (quod ego modo feci, ſacrificium) *facite in meam commemorationem*, quod fit jam in Miſſa. II. (*fo*) Hæc eſt *Oblatio illa munda*, quam prædixit Deus Malachiæ c. 1. v. 10. 11.: *Munus non ſuſcipiam de manu veſtra* (en vetera Sacrificia abrogantur, & novum prædicitur) *ab ortu enim ſolis usque ad occaſum in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda quia magnum nomen meum in Gentibus.* Hæc oblatio nec poteſt eſſe Sacrificium cruentum Crucis, quia hoc non offertur *in omni loco*: nec noſtræ orationes, quia hæ juxta HH. non ſunt *mundæ*: nec noſtræ preces, offerentes Deo ſacrificium Crucis, quia nec ſic habetur, *Sacrificium manducabile*; niſi tantum in Miſſa. III. Offertur hoc ſacrificium pro vivis. Ait enim Chriſtus (*fp*) Luc. c. 22. v. 19.: *Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis jam datur*, hoc eſt, non tantum *vobis*, ſed etiam *pro vobis* offertur:

die Sünden (fs) täglich geopferet wird, und jederzeit in der Kirche Gottes ist geopferet worden (ft).

I. (fu) Dieses Opfer des neuen Bundes hat Christus am letzten Abendmahle eingesetzt. Denn Christus ist nach David (Psalm 109, 5.) und nach Paulus (Hebr. 7, 17.) Priester auf ewig nach der Ordnung, Art, Melchisedecks. Nun hat aber Melchisedeck Brod und Wein geopfert, 1. Moys. 14, 18.; so hat also auch Christus die nämlichen Gestalten auf die nämliche unblutige Weise opfern müßen. Da er aber dieß am Kreuze nicht that, so that ers am letzten Abendmahle; wo er seinen Leib und sein Blut unter den Gestalten des Brotes und des Weines darbrachte, und also eigentlich als Priester nach der Ordnung Melchisedecks opferte. Damit er aber Priester auf ewig wäre, so befahl er seinen Jüngern: Dieß thut zu meiner Gedächtniß, d. i. bringet auch ihr dieß Opfer dar, wie ich es dargebracht habe. Luk. 22, 19. Und dieß geschieht itzt in der heil. Messe alle Tage. II. (fo) Dieß ist jenes reine Opfer, von dem der Prophet Malachias spricht 1, 10. und 11. Von eurer Hand will ich kein Opfer mehr annehmen (so sind also die alten Opfer abgewürdiget, und ein neues wird hier vorgesagt); Denn mein Name ist groß unter den Heyden vom Aufgange der Sonne bis zum Niedergange; und an allen Orten räuchert man mir, und bringt zur Ehre meines Namens ein reines Opfer. Dieses Opfer kann nicht das blutige Kreuzopfer seyn, weil solches nicht aller Orten geopfert wird: noch unser Gebeth; denn das ist nicht rein, wie unsere Glaubensgegner sagen: noch unsere Ge-

tur: τȣ̃το ἐςὶ τὸ σῶμά μȣ τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον. τȣ̃το τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματι μȣ τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον; cum igitur Apoſtoli tum viverent, pro iis vivus Chriſtus ſe in Cœna dedit, atque obtulit. IV. (*fq*) Quod autem & pro defunctis offerri poſſit, patet ex *Sacrificio* Judæ Machabæi, quod *pro peccatis mortuorum* oblatum profuit, ex Lib. 2. Machabæorum c. 12. v. 43. &c., quanto magis hoc novum Sacrificium, antiquis omnibus infinite præſtantius prodeſſe defunctis poteſt? V. (*fr*) Quod *propitiatorium* ſit, conſtat ex verbis Chriſti Matth. c. 26. v. 28. πίετε, τȣ̃το γάρ ἐςὶ τό αἷμά μȣ . . . τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, *qui* modo *effunditur pro multis* (omnes etiam ſunt multi) *in remiſſionem peccatorum.* Atque ex his patet, quod hoc incruentum N. L. Sacrificium ſit & *latrevticum*, & *Euchariſticum*, & *impetratorium*, & *propitiatorium* (adde & *ſatisfactorium*) ut Concilium Tridentinum Seſſ. 22. c. 2. & Canone 3. definivit. VI. In memoriam Chriſti patientis inſtitutum eſſe, docet Paulus ad Corinth. c. 11. v. 26. (*fs*): *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*, iterum conſpicuus ad judicium. Hic explicentur ceremoniæ Miſſæ paſſionem ac mortem Chriſti repræſentantes. Quæ etſi non omnes a Chriſto, nec ſimul ac ſemel ab Eccleſia inſtitutæ ſint, ipſum tamen ſacrificium quo ad rem & a Chriſto inſtitutum fuit, & jam ab Apoſtolis oblatum (*ft*) EXEMPLUM I. S. Paulus ad Hebræos c. 13. v. 10.: *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt*, nempe Judæi; igitur Chriſtiani ex illo altari poteſtatem edendi habebant: hoc altare non fuit altare veterum Sacrificiorum, quæ abrogata fue-

bether, durch die wir Gott das Kreuzopfer aufopfern; weil dieß kein Opfer ist, das sich essen läßt; so muß es also das heilige Meßopfer seyn. III. Dieß Opfer wird dargebracht für Lebendige. Dieß sagt Christus selbst bey Luk. 22, 19. (fp): Das ist mein Leib, der für euch gegeben wird, das ist, nicht nur euch gegeben wird, sondern auch für euch geopfert wir: τῦτο ἐςὶ u. s. w. wie im Lateinischen. Weil denn die Apostel damals lebten, hat sich der lebende Christus für selbe im Abendmahle gegeben und geopfert. IV. (fq) Es kann aber auch für die Verstorbenen geopfert werden. Denn wenn das Opfer Judas des Machabäers für die Sünden der Verstorbenen konnte dargebracht werden; um wie viel mehr wird dieses neue Opfer, das unendlich vortrefflicher ist als alle alte, die Kraft haben, den Verstorbenen zu helfen? V. (fr) Daß dieß Opfer ein Versöhnopfer sey, ist gewiß aus den Worten Christi Matth. 26, 28. πίετε τῦτο u. s. w. wie im Lateinischen. Trinket, denn dieß ist mein Blut, welches jetzt vergossen wird für viele (denn alle sind auch viele) zur Vergebung der Sünden. Und aus diesem erhellet, daß dieses unblutige Opfer des neuen Bundes ein Gott allein gewiedmetes Ehropfer, ein Dankopfer, ein Bittopfer, ein Versöhnopfer, ja auch ein Bezahlopfer ist, wie der Kirchenrath von Trient in der 22. Handlung, 2. Kap. und 3. Regel erkläret hat. VI. Daß es zum Andenken des Leidens Christi eingesetzt ist, lehret Paulus (fs) 1. Corinth. 11, 26. So oft ihr dieses Brod essen, und diesen Kelch trinken werdet, werdet ihr den Tod des Herrn verkündigen, so lang, bis daß er wiederum sichtbarlich zu dem Gerichte kömmt. Da erkläre man die Ceremonien der Messe, welche das

Lei-

fuerant, c. 10; nec cruentum altare Crucis, de quo nemo comedebat: igitur aliud habebat altare Sacrificii manducabilis; ſicut enim θυσιαστήριον *altare* a θυσία, *Sacrificium*, θυσιάζω, *Sacrifico*, derivatum, propter Sacrificium eſt; ita & Paulus in novo hoc altari novum Sacrificium obtulit, de quo edere poteſtatem non habent, niſi a tabernaculo ad Chriſtum converſi. II. Idem Paulus in epiſtola ad Philippenſes c. 2. v. 17. gaudet, ſi in ipſo Sacrificio etiam ipſe pro fide occiſus immoletur: *Sed & ſi immolor ſupra Sacrificium & obſequium fidei veſtræ, gaudeo.* III. Quodſi igitur Paulus dicit ad Hebr. c. 9. v. 26. quod Chriſtus ſe nonniſi *ſemel* obtulerit; de una oblatione *cruenta* loquitur v. 14. 45., qua una Chriſtus jam *exhauſit peccata*, v. 28. *Conſummavit in æternum ſanctificatos*, c. 10. v. 14. quoad valorem ac ſufficientiam; qui tamen valor Sanguinis Chriſti, infinite ſufficiens, nobis non applicatur, niſi per media a Chriſto inſtituta, nempe per fidem, per Sacramenta, per ſacrificia incruenta, in quibus non ſunt plures Sacerdotes principaliter offerentes, ſed unus juxta Paulum ad Hebr. c. 7. v. 23, 24. Jeſus Chriſtus, & hoſtia, & *Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech* (ibidem v. 17. per ordinatos Miniſtros quotidie ſacrificans.

Leiden und den Tod Christi vorstellen. Diese, ob sie schon nicht alle von Christo, noch auf einmal mit einander von der Kirche eingesetzt worden; so ist doch das Meßopfer selbst, was die Hauptsache betrifft, von Christo eingesetzet, und schon von den Aposteln entrichtet worden. (ft) Dieß beweisen folgende Exempel. I. Der heil. Paulus zu den Hebräern 13, 10.: **Wir haben einen Altar, von welchem diejenigen nicht essen dörfen, welche dem Tabernakel dienen**, nämlich die Juden. Also hatten die Christen Macht von jenem Altar zu essen. Dieser Altar war nicht der Altar der alten Schlachtopfer, weil diese abgewürdiget waren (10. Kap.), noch der blutige Altar des Kreuzes, von dem niemand aß; so hatte er dann einen andern Altar, auf dem ein Opfer war, das sich essen ließ. Denn gleichwie θυσιαστήριον ein Altar (so von θυσία Opfer, θυσιάζω, ich opfere, hergeleitet wird), wegen dem Opfer ist; also hat auch Paulus auf diesem neuen Altar ein neues Opfer geopferet, von welchem niemand essen durfte, als der sich vom Tabernakel, vom Judenthum zu Christo gewendet hatte. II. Eben derselbe Paulus in dem Sendschreiben zu den Philippern 2, 17. erfreuet sich, wenn er selbst unter dem Opfer um des Glaubens willen umgebracht, und geopfert würde: **Und ob ich schon über dem Opfer und Dienste eures Glaubens mein Blut vergießen müßte, so erfreue ich mich.** III. Wenn denn Paulus sagt zu den Hebräern 9, 26.: Christus habe sich nur einmal geopferet; redet er von einer einzigen blutigen Opferung am Kreuze, durch die allein Christus die Sünden schon hinweg genommen, und die Geheiligten in Ewigkeit vollkommen gemacht hat, nämlich so viel den Werth

75. *Quid in Sacramenti hujus sumptione servandum?*

Quod fides & authoritas sanctæ Matris Ecclesiæ docet, (*fx*) videlicet Christiano laico sat esse, (*fy*) sub una specie panis totum Christum accipere; (*fz*) & ex hac sumptione consequi, ut, qui digne accesserit, (*ga*) ingentem Dei gratiam, (*gb*) ac æternam quoque vitam obtineat: (*gc*) qui verus ac integer Sacramenti hujus fructus existit: (*gd*) eoque fit efficacior, quo sæpius sacra & salutaris illa Communio digne iteratur (*ge*).

(*fx*) Diversa hic notanda veniunt. I. Satis est Laicis sub una tantum panis specie communicare (*fy*). Ita Christi Ecclesia, falli nescia, *columna & firmamentum veritatis*, & *fidelis mysteriorum Dei dispensatrix* definivit in Concilio Constantiensi Sess. 13., in Concilio Basileensi

und das Vermögen betraf. Doch wird dieser Werth des Blutes Christi, obschon er ein unendliches Vermögen hat, bey uns nicht angebracht, als durch die von Christo eingesetzten Mittel, nämlich durch den Glauben, durch die Sakramente, durch die unblutigen Opfer, wobey nicht mehrere Priester sind, die vorzüglich opfern, sondern nur einer (wie Paulus sagt zu den Hebräern 7, 23, 24.) Jesus Christus, der zugleich das Opfer, und der Priester nach der Ordnung Melchisedecks auf ewig ist, der täglich durch geweihte Altardiener opferet.

75. Was ist bey dem Genusse dieses Sakramentes zu beobachten?

Was der Glaube, und unsre heilige Mutter die Kirche lehret (fx): daß es nämlich einem Layen genug sey (fy), daß er unter der Gestalt des Brodes allein den ganzen Christum empfange (fz), und aus dieser Nießung, wenn er anderst würdig hinzugeht (ga), überaus große göttliche Gnaden, (gb) und das ewige Leben erlange (gc); welches der wahre und ganze Frucht dieses H. Sakramentes ist (gd): der um so kräftiger wird, je öfter man diese heilige und heilsame Communion würdig wiederholet (ge).

Hier sind mehrere Stücke zu merken. I. Für Layen ist es genug, wenn sie die Communion unter einer Gestalt empfangen (fx). So hat es die unfehlbare Kirche, die Säule und Grundfeste der Wahrheit, die treue Ausspenderinn der Geheimnisse Gottes, entschieden in den

leensi, ac tandem in Concilio Tridentino Sess. 21. c. 1. & Can. 1. 2. Aliter loquendum de Sacerdotibus, cum sacrificant, tum enim *secundum ordinem Melchisedech* utrumque symbolum offerre debent; qui tamen extra missam communicantes & supremo in viatico, nonnisi sub una panis specie communicant (*fz*) Quod autem hoc satis sit, probatur tum ex citatis Conciliis, tum ex eo, quod *totum Christum* accipiant. Cum enim Christus vivus dicat: *Hoc est Corpus meum*, vivum utique Corpus ponit una cum Sanguine & Anima, Divinitati unitum: *Christus enim resurgens ex mortuis jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur*, ad Rom. c. 6. v. 9., & Paulus 1. ad Corinth. c. 11. v. 27. asseverat: *Quicunque manducaverit panem hunc*, VEL *biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis* ET *Sanguinis Domini:* igitur & Corpus & Sanguis Christi sunt sub panis specie, & tamdiu ibi perseverant, quamdiu panis species incorruptæ perdurant. Nihil autem amplius præcipitur, quam ut & Corpus & Sanguis Christi a nobis sumantur. II. (*ga*) Explicetur hic, quid tum ex parte corporis, tum maxime ex parte animæ requiratur, ut quis digne accedat: *Qui enim* lethali infectus culpa *manducat*, *& bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit.* Ideo *probet se ipsum homo* (per sacramentalem confessionem, ut declaravit Concil. Trid. Sess. 13. c. 7.) *& sic de pane illo edat, &* si Sacerdos sacrificet) *de calice bibat.* (*gb*) III. Quia ipsum gratiarum fontem accipit, totum Christum; qui de sola manducatione ait Joan. c. 6. v. 58.: *Qui manducat me, & ipse vivet propter me.* (*gc*) Imo & æternam vitam promittit sub una tantum specie panis communicantibus

v. 59.

den Kirchenräthen von Kostanz in der 13. Handlung, zu Basel, und Trient in der 21. Handl. 1. K. 1. u. 2. Satze (fy). Ein anderes ist's, wenn die Rede von Priestern ist. Denn wenn diese Meß lesen, müssen sie nach der Ordnung Melchisedecks beyde Gestalten opfern: doch eben dieselben, wann sie außer der Meß communicieren, und wann sie die letzte Wegzehrung empfangen, nehmen nur eine Gestalt zu sich. Daß aber dieses genug sey, wird nebst den angeführten Kirchenräthen auch aus dem bewiesen, daß sie den ganzen Christum empfangen. (fz) Denn weil Christus, der sagt: das ist mein Leib, wirklich lebet; so kömmt ohne Zweifel sein lebendiger, und mit der Gottheit vereinigter Leib, mit dem Blute und der Seele unter die Gestalt des Brodes. Denn Christus, nachdem er von den Todten auferstanden, stirbt nicht mehr; und der Tod wird nimmermehr über ihn herrschen (Röm. 6, 9.). Vollkommen entscheidet dieß Paulus 1. Corinth. 11, 27.: Wer immer dieses Brod essen, oder den Kelch des Herrn unwürdig trinken wird, der wird an dem Leibe und Blute des Herrn schuldig seyn. Also ist der Leib und das Blut Christi unter der Gestalt des Brods, und bleiben beyde so lang darunter, als die Gestalten unverwesen sind. Es wird aber weiter nichts befohlen, als daß wir den Leib und das Blut Christi zu uns nehmen. II. (ga) Da muß man erklären, was am Leibe, und was sonderbar an der Seele erfodert werde, um würdig hinzuzugehen. Denn wer unwürdig, mit einer Todsünde beflecket, isset und trinket, der ißt und trinkt sich das Gericht hinein. Daher prüffe sich der Mensch selbst (durch eine sacramentalische Beicht, wie es der Kirchenrath von Trient in der 13. Hand-

v. 59.: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* (gd) Atque in his integer Sacramenti hujus fructus, qui spiritualis nutritio animæ ac vita æterna est, consistit. IV. Quæ contra Laicorum Communionem sub una specie dicunt Adversarii, facile diluuntur. Cum igitur Christus dixit Matth. c. 26. v. 27.: *Bibite ex eo omnes*; sensus est, ut ne unus solus ebibat, sed ut dividant inter se, sicut S. Lucas explicat c. 22. v. 17: *Accipite & dividite inter vos*: qui, quia tum Sacerdotes creabantur per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, jussi a Christo etiam *biberunt ex eo omnes*, Marci c. 14. v. 23. Similiter versu illo Joann. c. 6. v. 54.: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem &c.*, non præcipitur nisi sumptio Sanguinis quoad substantiam, ut clare docet v. 59.: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*: quæ sententia toties a Christo repetita v. 52. 58. 59. vera non esset, si, *qui manducat hunc panem*, non viveret in æternum, ob violatum præceptum (si quod esset) summendi calicem. V. (ge) EXEMPLUM I. De frequenti Communione sub una specie panis Act. 2. v. 41., primi fideles *erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis*, (Versio Syriaca habet: *in fractione Eucharistiæ*) *& orationibus.* Sed *orationes* inter & prædicationes Apostolorum non ponitur commune prandium, sed similiter actio sacra, qualis est sacra Communio. II. Paulus tepidos Corinthios Epist. 1. c. 11. v. 30. objurgat: *ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*, h. e. moriuntur, ob minus dignam, vel rariorem Communionem, de qua ait Apostolus eo capite. III. Adhortatio: *Venite ad me omnes*, *qui*

lung am 7. Kapitel erkläret hat) und also esse er von diesem Brode, und trinke er von dem Kelche, wenn er als Priester opfert. III. Man empfängt aber in diesem Sakramente die Quelle der Gnaden selbst, den ganzen Christum, welcher von dem einzigen Genusse seines Leibes sagt, Johann 6, 58. (gb): Wer mich isset, der wird, durch mich leben (gc). Ja er verspricht das ewige Leben auch denen, die nur unter der Gestalt des Brods allein communicieren (59. v.): Wer dieses Brod isset, wird in Ewigkeit leben. (gd) Und hierinn besteht die ganze Frucht dieses Sakramentes, es ist nämlich die geistliche Nährung der Seele, und das ewige Leben. IV. Die Einwürfe wider die Communion der Laien unter einer Gestalt werden leicht gelöset. Wenn Christus gesagt hat Matth. 26, 27.: Trinket alle daraus; so heißt das so viel; es soll nicht einer allein den Kelch austrinken, sondern sie sollen ihn unter einander theilen, wie es der H. Lukas auslegt 22, 17.: Nehmet hin, und theilet ihn unter euch. Und weil sie dazumal durch jene Worte: das thut zu meiner Gedächtniß, Priester geworden sind, so befahl ihnen auch Christus daraus zu trinken, und sie tranken alle daraus, Mark. 14, 23. Gleichfalls wird durch die Worte Joh. 6, 54.: Wenn ihr das Fleisch des Menschen Sohns nicht esset, und sein Blut nicht trinket, so werdet ihr das Leben in euch nicht haben, nicht mehr befohlen, als daß man das Blut Christi in der Sache selbst zu sich nehmen soll. Denn an mehreren Versen 52. 58. 59. wird das ewige Leben auch dem versprochen, der das Brod ißt, ohne zugleich auch vom Kelche zu trinken. (ge) V. Von der öftern Communion, auch unter einer Gestalt, kommen Beyspiele vor in der Apostelge-

qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. c. 11. v. 28.

76. *Quid est Pœnitentia?*

Est *secunda post naufragium tabula*, (*gf*) & necessarium relapsis (*gg*) Sacramentum, (*gh*) in quo remissio peccatorum & a Reis petitur; & a Sacerdotibus (*gi*) tribuitur (*gk*).

(*gf*) Ut Hieronymus eam vocat in caput tertium Isaiæ contra Novatianos, qui a Baptismo relapsis nullam spem veniæ superesse spargebant. Contra hos est exemplum Christi, qui interroganti Petro Matth. c. 18. an sufficiat fratri peccanti *septies* condonare scelera? respondet v. 22.: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies*, h. e. toties, quoties rite dispositus revertitur ad pœnitentiam, ut Concilium La-

schichte. Die ersten Glaubigen, heißt es dort 2, 42., verharreten in der Lehre der Apostel, und in der Austheilung des gebrochenen Brodes, (die syrische Dollmetschung sagt: im Brechen des Fronleichnams, und in dem Gebethe. Ein gemeines Mittagmahl kann hier nicht verstanden werden, sondern irgend eine andächtige Handlung, wie die heil. Communion ist. Den Korinthern verweiset Paulus in seinem ersten Brief an sie 11, 30. ihre Lauigkeit in diesem Stücke, und sagt, daß wegen ihrer unwürdigen, oder gar seltenen Communionen unter ihnen so viele Schwache und Kranke seyen, und daß so viele schlafen, d. i. sterben. Zu einer Erinnerung dienen hieher die Worte Christi: Kommet alle zu mir, die ihr müheselig und beladen seyd, ich will euch erquicken. Matth. 11, 28.

76. Was ist die Buß?

Sie ist das zweyte Hülfs- und Rettungsmittel nach dem Schiffsbruche (gf), und ein nothwendiges Sakrament (gg) denen, die wieder gefallen sind (gh); worinn Verzeihung der Missethaten von den Sündern begehret, und von den Priestern (gi) gegeben wird (gk).

(gf) So nennt sie Hieronymus über das 3. Kapitel Isaiä wider die Novatianer, welche vorgaben, es können jene keine Verzeihung mehr hoffen, welche nach dem Taufe gefallen sind. Ihr Irrthum wird durch den Ausspruch Christi bey Matth. 18. widerlegt. Als ihn nämlich Petrus fragte, ob es genug sey, wenn man seinem Bruder seine Sünden siebenmal nachlasse: so antwortete ihm der Heiland: Nicht siebenmal, sage ich dir,

Lateran. Magnum Can. 1. Conc. Trid. Seff. 14. Can. 1. declaravit. (gg) Eam esse relapsis necessariam, definivit Concilium Trid. Seff. 14. c. 2. ex illis Christi verbis: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Luc. c. 13. v. 3. Id confirmat EXEMPLUM. De Episcopo Ephesi Apocal. c. 2. cui Christus v. 5. *Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.* Item illud De Simone Mago, Actor. c. 8. v. 22. Cui Petrus ait: *Cor tuum non est rectum coram Deo Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua; & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* (gh) Quod in N. T. sit Sacramentum, patet ex Joannis c. 20. v. 21. 23.: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; . . . quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quo in versu habetur 1. Institutio Christi. 2. Signum sensibile, nempe *absolutio* ex parte Sacerdotis, & confessio ex parte pœnitentis: *quorum remiseritis &c.* 3. Invisibilis gratia: nempe remissio peccatorum post Baptisma commissorum: *Remittuntur eis.* Sic Patres Conc. Trid. Seff. 14. de Pœnit. Can. 1. imo & Apologia Augustanæ Confessionis §. 7. de numero Sacramentorum, ubi hæc leguntur: *Vere igitur sunt Sacramenta Baptismus, Cœna Domini, Absolutio, quæ est Sacramentum Pœnitentiæ. Nam hi ritus habent mandatum Dei & promissionem gratiæ, quæ est propria Novi Testamenti.* (gi) Hanc facultatem absolvendi Christus non dedit, nisi Apostolis, Joan. cap. 20. v. 19. 22., qui non nisi certos viros leguntur ordinasse, ac sibi substituisse. Actor. c. 13. v. 3. & ad Timotheum

c. 4.

sondern sieben und siebenzig siebenmal, d. i. so oft er mit gebührender Vorbereitung zur Buße kommt. So haben diese Stelle erkläret der große Kirchenrath im Lateran 1. Regel; und der Kirchenrath von Trient in der 14. Handlung 1. Regel. (gg) Daß die Buße den wieder gefallenen nothwendig sey, schließt der Kirchenrath von Trient in der 14. Handlung am 2. Kapitel aus jenen Worten Christi: **Wenn ihr nicht Buße thut, werdet ihr alle auf gleiche Weise zu Grunde gehen.** Luk. 13, 3. Dieß beweiset auch das Beyspiel des Bischofes von Ephesus, dem Christus in der heiml. Offenb. 2, 5. sagen läßt: **Gedenke, wovon du heraus gefallen bist: thu Buß, und verrichte wiederum die ersten Werke: wo nicht, so komm' ich zu dir, und werde dir deinen Leuchter von seinem Orte verrucken, wenn du nicht Buße thust.** Ferner das Beyspiel vom Zauberer Simon Apostelg. 8, 22. zu dem der heil. Petrus sagte: **Dein Herz ist vor Gott nicht rechtschaffen. Thu also Buß über deine Bosheit, und bitte Gott, daß dir etwa dieser dein Herzensgedanke vergeben werde.** (gh) Daß sie im neuen Bunde ein Sakrament sey, erhellet aus den Worteu Christi an die Apostel, Johan. 20, 21. 23. **Wie mich der Vater gesandt hat, also sende ich auch euch; ... welchen ihr die Sünden vergeben werdet, denen sind sie vergeben; und welchen ihr sie behalten werdet, denen sind sie behalten.** In dieser Stelle trifft man an 1. die Einsetzung Christi; 2. Ein sichtbares Zeichen, nämlich die Ledigsprechung auf Seite des Priesters, und die Beicht auf Seite des Büßers; **welchen ihr die Sünden vergeben werdet u. s. w.** 3. Die unsichtbare Gnade: nämlich die Vergebung der nach dem

c. 4. v. 14., & ad Titum c. 1. v. 5. (gk) Qui non tantum annuntiant pœnitenti peccata remiſſa, ſed vere *remittunt*, ut patet ex inſtitutione: *Quorum remiſeritis peccata*; (non ait: Quibus annuntiaveritis) *remittuntur eis* ſub, & per abſolutionem; non ait: *Remiſſa jam antea per fidem fuerant.*

77. *Quot ſunt partes & actiones Pœnitentiæ?*

Tres. (gl) *Contritio*, vel dolor animi peccata ſua deteſtantis, & ad vitam meliorem aſpi-

Taufe begangenen Sünden; denen sind sie vergeben. Also die Väter des Kirchenraths von Trient in der 14. Handlung von der Buß 1. Satz; ja auch die Schutzschrift der augsburgischen Confession §. 7. von der Zahl der Sakramente, wo folgendes gelesen wird: **Es sind also wahrhaftig Sakramente, der Tauf, des Herrn Abendmahl, die Ledigsprechung, welche das Sakrament der Buß ist. Denn diese Ceremonien geschehen aus Gottes Befehle, und es ist ihnen die Gnade versprochen, welche dem neuen Bunde eigen ist.** (gi) Diese Gewalt ledig zu sprechen hat Christus nur allein den Aposteln gegeben, wie aus oben angeführter Stelle zu sehen, Joh. 20, 19. 22. Von diesen liest man, daß sie nur allein gewiße Männer geweihet, und anstatt ihrer bestellet haben (Apostelg. 13, 3. und 1. Thimoth. 4, 14; wie auch in dem Briefe an den Titus 1, 5.). (gk.) Die Priester künden aber dem Büßer nicht nur an, daß ihm die Sünden seyn vergeben worden, sondern sie vergeben dieselben wahrhaftig: wie es aus der Einsetzung erhellet: **Welchen ihr die Sünden vergeben werdet;** sagt Christus; nicht: **denen ihr es verkünden werdet, werden sie vergeben,** und dieß zwar unter, und durch die priesterliche Ledigsprechung. Christus sagt nicht: **sie waren ihnen schon vorher durch den Glauben vergeben worden.**

77. Wie viel Theile und Stücke gehören zur Buß?

Drey. (gl) Die Reue und Leid, oder der Schmerz des Gemüthes, wodurch selbes

aspirantis: (*gm*) *Confessio*, seu peccatorum suorum coram Sacerdote facta explicatio: (*gn*) *Satisfactio* denique seu vindicta, punitioque criminum de se ipso sumpta, ad præstandos fructus dignos pœnitentiæ (*go*).

(*gl*) Juxta alios quinque sunt partes: 1. Examen conscientiæ. 2. Contritio. 3. Propositum 4. Confessio. 5. Satisfactio. Quarum tres priores hic in una contritione continentur. I. Est autem 1. *Contritio* dolor animi peccata sua detestantis. 2. Est duplex: *naturalis*: cum ob rationem naturalem & *supernaturalis*, cum ob rationem supernaturalem, quæ per fidem cognoscitur, peccata destatur. 3. *Contritio supernaturalis* (quæ sola salutaris esse potest) iterum duplex est: *perfecta*, quæ ex puro amore Dei propter se super omnia dilecti; & *imperfecta*, quæ ob aliam inferiorem rationem abominatur errata. Hæc cum spe veniæ ad Sacramentum Pœnitentiæ disponit, ex Concilio Trid. Sess. 14. c. 4. & Can. 5. Illa, etsi extra illud justificet (quod pro casu necessitatis observandum) obligationem tamen peccata sua clavibus Ecclesiæ subjiciendi, cum occasio erit, non adimit. (*gm*) Includi tamen, vel conjungi contritioni debet *propositum* tum universale, non committendi ullum mortale peccatum; tum etiam speciale emendandi venialia, quæ quis per confessionem deleta cupit. Traditur hic modus eliciendi & utramque contritionem, & propositum. EXEMPLA: I. Contritionis fictæ: *Antiochus* 2. Machab. c. 9. v. 13. *Simon magus* Act.

des seine Sünden verfluchet, und nach einem bessern Leben trachtet (gm). Die Beicht, oder Offenbarung seiner Sünden vor dem Priester. Letztlich (gn) die Genugthuung oder Rache und Bestrafung für die begangenen Sünden, die man von sich selbst nimmt, um also würdige Früchte der Buße zu wirken (go).

(gl) Andere zählen 5. Theile: 1. Die Erforschung des Gewissens, 2. Die Reue und Leid, 3. Den Vorsatz, 4. Die Beicht, 5. Die Genugthuung. Von diesen sind die drey ersten in der Reue und Leid allein enthalten. I. Es ist aber 1. die Reue und Leid ein Schmerz des Gemüths, welches seine Sünden verfluchet. Sie ist 2. zweyfach; natürlich, wenn ihre Bewegursache natürlich; und übernatürlich, wenn ihre Bewegursache übernatürlich, nämlich eine solche ist, welche nur durch den Glauben erkennet wird. 3. Die übernatürliche Reue und Leid (welche allein zum Heile dienlich ist) ist abermal zweyfach: Die vollkommene, welche aus einer reinen Liebe Gottes, der wegen sich über alles geliebet wird, die Sünden verflucht, und die unvollkommene, welche keine so hohe Bewegursache hat. Die unvollkommene, verbunden mit der Hoffnung der Vergebung, ist eine gute Vorbereitung, die Gnade Gottes in dem Sakramente der Buß zu erlangen. Sieh den Kirchenrath von Trient in der 14. Handlung, 4. K. und 5. Regel. Die vollkommene, ob sie schon außer dem Sakramente rechtfertiget (welches wegen dem Falle der Noth anzumerken ist) so hebt sie doch die Schuldigkeit nicht auf, seine Sünden, wenn dazu Gelegenheit ist, zu beichten, und so den Schlüsseln der

Act. c. 8. v. 24. II. Vere contritionis: *Publicanus* ille Luc. c. 18. v. 13. *Petrus* Matth. c. 26. v. 75. *Magdalena* Luc. c. 7. v. 47. Exemplum propositi: *Zachæus* Luc. c. 19. v. 8.

II. *Confessio* Sacramentalis est peccatorum suorum coram Sacerdote facta explicatio (*gn*). Hæc 1. est necessaria ad consequendam peccatorum veniam, quia hanc Christus dare non vult, nisi per sententiam Sacerdotum: quibus ideo dedit potestatem non tantum *remittendi*, sed & *retinendi* peccata. Quicunque igitur peccatorum impetrare vult veniam, judiciariæ Sacerdotum potestati illa subjiciat, & peccata *gravia* omnia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habet, rite confiteatur, necesse est. Eo namque solum modo prudens judicium ferre sacerdotes, peccata vel *remittere* vel *retinere*, atque duplicem rite exercere potestatem possunt. Ideo monet Jacobus cap. 5. v. 16.: *Confitemini* (non soli Deo, sed homo homini potestatem habenti) *alterutrum peccata vestra.* 2. Sic jam Act. c. 19. v. 18. *Multi credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos* tam clare, ut Paulus cognoscens eos *curiosa* sectatos, jusserit libros comburere, v. 19. Quam confitendi

ra-

Kirche zu unterwerfen. (gm) Doch muß allezeit der Reue und Leid beygesellet werden der Vorsatz, sowohl überhaupts gar keine Todsünde zu thun, und lieber alles, als Gottes Freundschaft, zu verlieren; als auch ins besondere jene läßlichen Sünden zu besseren, welche man durch die Beicht verlanget auszulöschen. Man lehre hier die Weise, sowohl jede Reue und Leid, als den Vorsatz zu erwecken. **Exempel** I. Einer unächten Reue. Antiochus (2. Machabäer 9, 13.) der Zauberer Simon (Apostelgeschicht 8. 24.) II. Einer wahren Reue, der Publican (Luk. 18, 13.), Petrus (Matth. 26. 75.), Magdalena (Luk. 7, 47.). Ein Exempel des Vorsatzes giebt Zachäus (Luk. 19, 8.)

II. Die sakramentalische Beicht ist die Offenbarung seiner Sünden vor dem Priester. (gn) 1. Diese Beicht ist unumgänglich nothwendig, um die Vergebung der Sünden zu erhalten. Denn Christus will die Sünden anders nicht als durch den Ausspruch der Priester vergeben. Er hat sie daher als Richter anstatt seiner hinterlassen, und ihnen die Gewalt gegeben, die Sünden den Menschen nachzulassen, oder nicht nachzulassen. Wer also immer Verzeihung seiner Sünden erhalten will, der muß selbe der Richtergewalt der Priester unterwerfen, und alle die schweren Sünden, deren er sich nach einer fleißigen Erforschung des Gewissens erinnern kann, ordentlich beichten. Denn nur so können die Priester ein kluges Urtheil fällen, die Sünden nachlassen oder behalten, und also ihre doppelte Gewalt rechtmäßig ausüben. Daher ermahnte schon der Ap. Jakob die Gläubigen: Beichtet einander eure Sünden, 5, 16. nicht Gott also, sondern ein Mensch dem andern, der darüber

Ge-

rationem esse necessariam, non Ecclesiæ modo sacra jura, sed Patrum etiam per sæcula sibi succedentium veneranda scripta confirmant. Ita Concilium Lateranense Magnum sub Innocentio III. Can. 21. Concilium Florentinum; Concilium Tridentinum Sess. 41. c. 5. Patres apud V. Canisium. 2. Confessio debet esse *integra*, ne quod lethale crimen scienter taceatur: *brevis* ut superfluæ explicationes, quæ peccatum non continent, omittantur; tandem *clara*, ut propriis culpa vocibus citra ambiguitatem exponatur. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Prov. c. 28. v. 13. EXEMPLA: I. Malæ confessionis sufficiunt *Adam & Eva* Genes. c. 3. a v. 9. *Saul* Lib. 1. Reg. c. 15. a v. 13. II. Bonæ confessionis, *David* Lib. 2. Reg. c. 12. v. 13. primi fideles, Act. c. 19. v. 18.

III. *Satisfactio* (go) est vindicta, punitioque criminum de se ipso sumpta; vel ex arbitrio Confessarii, & tum pertinet ad integritatem judicii sacramentalis; vel a se ultro suscepta, & tum fit, ut Christum propius imitemur, qui præcipit unicuique, ut *abneget semetipsum, tollat crucem suam quotidie, & sequatur* eum, Lucæ c. 9. v. 29.

Gewalt hat. So kamen auch zum Apostel Paulus schon viele Gläubige, bekennten und sagten an, was sie gethan hatten, und dieß so deutlich, daß der Apostel erkannte, sie hätten aberwitzige Künste getrieben, und ihnen befahl ihre Bücher zu verbrennen, Apostelg. 19, 18 und 19. Daß diese Art zu beichten nothwendig sey, bestättigen über das nicht nur allein die geistlichen Rechte der Kirche, sondern auch die ehrwürdigen Schriften der Väter von einem Jahrhundert auf das andere. So haben auch entschieden der große lateranensische Kirchenrath unter Innocentius dem III. 21. Regel; der Kirchenrath von Florenz, der von Trient in der 14. Handlung am 5. Kapitel; die Väter sieh bey dem Canisius. 2. Die Beicht muß vollständig seyn, also, daß man wissentlich keine schwere Sünde verschweige; kurz, daß man überflüßige Umschweife, die keine Sünd enthalten, auslasse; endlich klar, daß man seine Schuld mit eigentlichen Worten ohne Zweydeutigkeit vortrage. **Wer seine Laster verbirgt, dem wird es nicht wohl gehen: wer sie aber bekennet, und davon absteht; der wird Barmherzigkeit erlangen.** Sprüchw. 28, 13. Exempel I. Einer übeln Beicht sind Adam und Eva (1. Buch Moys. 3, 9. u. f.). Saul (1. Buch der Könige 15, 13. u. f.). II. Einer guten Beicht, sind David (2. Buch der Könige 12, 13.), die ersten Glaubige (Apostelg. 19, 18.).

III. Die Genugthuung (90) ist die Rache und Bestrafung für die begangenen Sünden, die man von sich selbst nimmt; entweder nach dem Willen des Beichtvaters (und solches gehöret alsdann zur Ergänzung des sacramentalischen Gerichtes), oder aus eigener Willkühr. Und dieß geschieht, auf daß wir Christo nachahmen, der

uns

v. 29. quod idem & Paulus monet: *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*, ad Colossens. c. 3. v. 5. ut residuas pro peccato remisso temporales pœnas avertamus. EXEMPLUM I. De David, cui translato jam peccato, Nathan adhuc pœnas temporaneas a Dei nutu annuntiavit. II. De Paulo, qui ad Corinth. c. 9. v. 27. de se ait: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.*

IV. Huc pertinet *usus indulgentiarum*, quæ nonnisi residuas a culpa jam dimissa pœnas temporaneas remittunt. Accepit autem Ecclesia hanc potestatem a Christo Domino. Sicut enim Christus Ecclesiæ suæ reliquit potestatem solvendi culpam; ita eidem concessit facultatem & reliquas pœnas in hoc vel altero sæculo adhuc per tempus luendas condonandi ex meritis Christi: *Tibi dabo claves regni cælorum*, ait Petro, *& quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cælis.* Matth. c. 16. v. 19. EXEMPLUM de S. Paulo, qui Corinthio illi (Epist. 2. ad Corinth. c. 2. v. 6.) jam correcto ac pœnitenti v. 7. adhuc v. 10. condonat aliquid: *Cui ego, quod donavi, si quod donavi, propter vos in persona Christi.* Quid? nisi residuam pœnam temporaneam.

uns befiehlt, daß wir uns selbst verläugnen, täglich unser Kreuz auf uns nehmen, und ihm nachfolgen sollen, Luk. 9, 23. Dazu ermahnet auch Paulus in seinem Brief an die Kolossenser 3, 5.: **Tödtet eure irdischen Glieder ab;** damit wir nämlich die nach vergebener Sünde noch übrigen zeitlichen Strafen abwenden. Exempel. I. Vom David, dem, nach schon weggenommener Sünde Nathan noch zeitliche Strafen aus Gottes Befehle angekündigt hat. II. Vom Paulus, der (1. Corinth. 9, 27.) von sich sagt: **Ich kasteye meinen Leib, und bringe ihn in die Dienstbarkeit, damit ich nicht vielleicht, indeß ich anderen predige, selbst in die Zahl der Verworfenen komme.**

IV. Daher gehöret der Gebrauch der Ablässe. Es wird aber durch die Ablässe weiter nichts nachgelassen, als jene zeitlichen Strafen, die wir auch nach vergebener Schulde der Sünden noch zu leiden hätten. Diese Gewalt Ablässe zu ertheilen hat die Kirche von Christo dem Herrn. Denn gleichwie Christus seiner Kirche die Gewalt hinterlassen hat, die Schuld zu vergeben; also hat er ihr auch die Macht ertheilet, jene zeitlichen Strafen, aus den Verdiensten Christi, nachzulassen, welche in dieser oder jener Welt dem Büßer noch bevorstünden: Dir will ich die Schlüssel des Himmelreichs geben, sagte er zu Petrus; was du auf Erden wirst binden, das soll auch in dem Himmel gebunden seyn; und was du auf Erden lösen wirst, das soll auch im Himmel gelöset seyn. (Matth. 16, 19.) Exempel. Vom H. Paulus, der jenem Corinthier, der schon gebessert war, und Buße that, überdas noch etwas nachläßt; und davon sagt er: **Was ich diesem Manne vergeben, wenn ich doch etwas vergeben habe, das**

78. *Quid est Extrema Unctio?*

Est Sacramentum, (*gp*) quo ægroti per oleum sacrum, & verba Christi in magnis morbi molestiis relevantur, ut felicius ex hoc mundo demigrent, & corpora etiam, si ita expedit, sanitati restituantur.

Extrema Unctio Sacramentum est (*gp*); habet enim tres conditiones ad Sacramentum proprium requisitas, ut docet S. Jacobus c. 5. v. 14.: *Infirmatur quis ex vobis* (fidelibus), *inducat Presbyteros Ecclesiæ* (hi soli sunt Ministri hujus Sacramenti), *& orent super eum, ungentes illum oleo* (en materiam & formam) *in nomine Domini* (Jesu Christi qui illud instituet); *& oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus* (si ad gloriam Dei, & salutem infirmi sit), *& si in peccatis sit, remittentur ei.* Ubi 1mo unctio & oratio Sacerdotis est signum sensibile. 2. Gratia *remittens* peccata, *allevians* infirmum, ac confortans ad agonem est gratia invisibilis. 3. Institutio indicatur iis verbis: *ungentes in nomine Domini*; quia Jacobus unctioni olei gratiam remissionis peccatorum annectere non potuisset, nisi a Christo institutum scivisset.

habe ich um euretwillen in der Person Christi gethan. Was vergab er ihm aber, als die rückständigen zeitlichen Strafen? 1. Cor. 2, 6.

78. Was ist die letzte Oelung?

Sie ist ein Sakrament (gp), kraft dessen die Kranken durch das heilige Oel, und die Worte Christi in den großen Beschwerden ihrer Unpäßlichkeit erquicket werden, damit sie desto glückseliger aus dieser Welt hinscheiden, oder auch, wenn es also nutz und gut ist, die Gesundheit des Leibes wieder erlangen.

Die letze Oelung ist ein Sakrament (gp); denn sie hat jene drey Eigenschaften, welche zu einem wahren Sakrament erfodert werden, wie der heil. Jakobus lehret 5, 14. Ist Jemand unter euch (Glaubigen) krank, der berufe die Priester der Kirche (diese allein können dieses Sakrament reichen) zu sich, und sie sollen über ihn bethen, und ihn mit Oel salben (hier ist die Materie und die Form) im Namen des Herrn (Jesu Christi der selbes eingesetzt hat). Und das Gebeth des Glaubens wird den Kranken retten. Der Herr wird ihn erleichtern (wenn es also zu der Ehre Gottes, und zum Heile des Kranken ist) und wenn er in Sünden ist, werden sie ihm vergeben werden. Die Salbung also und das Gebeth des Priesters ist 1. das sichtbare Zeichen. 2. Die unsichtbare Gnade ist die Vergebung der Sünden, die Erleichterung des Kranken, und die nothwendige Stärke zum Todeskampfe. 3. Die Einsetzung zeigen jene Worte: sie sollen ihn salben im Namen des Herrn; denn Jakobus hätte der

79. *Quid est Ordo?*

Est Sacramentum, (*gq*) quo Sacerdotibus, (*gr*) aliisque Ministris Ecclesiæ (*gs*) potestas confertur ad Ecclesiastica munia rite decenterque obeunda (*gt*).

(*gq*) Quia habet 1. signum visibile, nempe impositionem manuum Episcopalium. 2. Invisibilem gratiam indicat Paulus 2. ad Timoth. c. 1. v. 6. *Moneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum* nempe gratiam munus suum Ecclesiasticum rite obeundi. Idem fere monuit Timotheum suum in Epist. 1. c. 4. v. 14.: *Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyterii.* Tandem 3. Institutio est a Christo, partim in ultima Cœna, Luc. 22. v. 19. *Hoc facite in meam commemorationem*; partim post Christi resurrectionem, Joan. cap. 20. v. 22. *Accipite Spiritum Sanctum &c.* quæ summa potestas sacerdotalis non potuit nisi a Christo Deo institui. (*gr*) Hæc tamen non est communis omnibus fidelibus, sed propria solis Sacerdotibus; loqui enim & *docere in Ecclesia mulieri non permittit* Paulus 1. ad Tim. c. 2. v. 12. & 1. ad Cor. c. 12. v. 34. Laicorum est *pasci*, non pascere; soli Petro, ejusque Successori dicitur Joan. c. 21. v. 17.: *Pasce oves meas*, omnes; Episcopis & Presbyteris dicitur 1. Petri c. 5. v. 2.: *Pascite, qui in vobis est gregem Dei.* (*gs*) Hic insinuatur Hierarchia Ecclesiasticæ-

Salbung mit dem Oel keine Gnade der Vergebung der Sünden beylegen können, wenn er nicht gewußt hätte, daß sie von Christo eingesetzt worden.

79. Was ist die Priesterweihe?

Sie ist ein Sakrament, (gq) dadurch den Priestern (gr) und andern Dienern der Kirche (gs) Gewalt gegeben wird ihre geistlichen Verrichtungen recht und gebührend zu versehen (gt).

Die Priesterweihe ist ein Sakrament (gq); denn sie hat 1. ein sichtbares Zeichen, nämlich die Auflegung der bischöflichen Hände; 2. eine unsichtbare Gnade, von welcher Paulus redet 2. Timoth. 1, 6.: Ich ermahne dich, daß du die Gnade Gottes, welche dir durch Auflegung meiner Hände mitgetheilet worden ist, wieder erweckest; nämlich die Gnade, sein Kirchenamt recht zu verrichten. Eine ähnliche Erinnerung gab er seinem Timotheus im 1. Br. 4, 14.: Vernachläßige die Gnade nicht, die dir durch die Auflegung der Hände der Priester gegeben worden ist. 3. Die Einsetzung von Christo findet man bey Luk. 22, 19., wo er den Aposteln sagt: Dieß thut zu meinem Andenken; und bey Joh. 20, 22., wo er ihnen die Gewalt giebt die Sünden nachzulassen, oder zu behalten, eine Gewalt, die nur Christus als Gott geben konnte. (gr) Doch ist diese Gewalt nicht allen Glaubigen gemein, sondern den Priestern allein eigen. Denn Paulus (1. Timoth. 2, 12. und 1. Corinth. 12, 34.) läßt das Reden und Lehren in der Kirche einem Weibe nicht zu. Die Layen müssen geweidet werden, nicht aber weiden; dem Petrus allein, und seinem Nachfol-

clesiastica, de qua Concil. Trid. Sess. 23. Can. 6. *Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris & Ministris, anathema sit* EXEMPLA: I. De Ordinatione Episcoporum, Act. c. 13. v. 3., ubi Saulum & Barnabam ordinarunt Episcopos: *Tunc jejunantes & orantes imponentesque eis manus, dimiserunt illos.* II. De ordinatione Diaconorum, Act. c. 6. v. 6., ubi septem selectis viris *orantes imposuerunt eis manus.* De reliquis Ordinibus minoribus mentionem jam faciunt antiquissimi Patres etsi de fide non sit, eos Sacramenta esse. (gt) Hæc tanta, ac plane divina potestas non est, nisi in vera Ecclesia Catholica: *Nemo enim sumit sibi honorem* (Sacerdotis), *sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, ad Hebr. c. 5. v. 4, 5., sic nec reliqui possunt se clarificare, ut Sacerdotes fiant, nisi legitimi Apostolorum in Ecclesia Catholica successores iis, in societatem divini ministerii assumptis, hanc potestatem communicent. Hanc autem Hæreticis, qui *foris sunt.* ex 1. Corinth. c. 5. v. 12. nunquam communicant.

80. *Quid*

ger sagte der Herr Joh. 21, 17.: Weide (alle) meine Schafe. Nur den Bischöfen und Priestern sagt Petrus im 1. Br. 5, 2.: Weidet die Heerde Gottes, die unter euch ist. (gs) Da wird uns unter der Hand ein Begriff von der geistlichen Regierungsform beygebracht, von welcher der Kirchenrath von Trient in der 13. Handlung 6. Regel sagt: Wer immer sagt, es sey in der katholischen Kirche keine von göttlicher Anordnung eingesetzte Regierungsform, welche aus Bischöfen, Priestern, und Kirchendienern besteht; der soll verbannet seyn. Exempel von der Weihe der Bischöfe kommen vor in der Apostelgeschichte 13, 3., wo Saulus und Barnabas zu Bischöfen sind geweihet worden: Nachdem sie nun gefastet, und gebethet hatten, legten sie ihnen die Hände auf, und ließen sie hinziehen. Von der Weihe der Diaconen abermal in der Apostelg. 6, 6. wo die Apostel über sieben auserlesene Männer betheten, und ihnen die Hände auflegten. Von den übrigen kleinen Weihen thun die ältesten Väter schon Meldung: obwohl es kein Glaubensartikel ist, daß sie ein Sakrament seyn. (gt) Diese so große und offenbar göttliche Gewalt ist nur in der wahren katholischen Kirche anzutreffen: Denn niemand eignet sich selbst diese Ehre (eines Priesters) eigenmächtig zu, sondern welcher von Gott, wie Aaron berufen wird. So hat auch Christus nicht selbst sich zur Herrlichkeit des Hohenpriesterthums erhoben; sondern derjenige hat ihn dazu erhoben, der zu ihm sagte: Du bist ein Priester auf ewig nach der Ordnung Melchisedecks. Hebr. 5, 4. 5. So können sich also auch andere nicht eigenmächtig zu Priestern machen, wenn sie nicht von den rechtmäßigen Nachfolgern der

80. *Quid postremo est Matrimonium?*

Est Sacramentum, (*gu*) quo vir & mulier legitime contrahentes individuam vitæ societatem ineunt, gratiaque divina donantur, tum ut soboles honeste & christiane suscipiatur, ac educetur: tum ut fœdæ libidinis & incontinentiæ peccatum evitetur.

I. *Ad primam justificationem* necesse est, (*kc*) ut peccator adultus, gratiæ prævenienti cooperans, se per virtutes disponat ad justificationem: *Convertimini ad me, & convertar ad vos.* Zachariæ c. 1. v. 3. Præparare se autem debet 1. Per fidem, ex Apostolo ad Hebræos c. 11. v. 6. 2. Per spem, qua confidat, Deum sibi per Christum fore propitium. 3. Per contritionem, qua detestans peccata (vel ob purum amorem Dei, vel ob inferius motivum supernaturale) proponit emendationem. Ezech. c. 18. v. 21. Tandem 4. per susceptionem Sacramentorum præscriptorum Q. 68. & 76. Ubi virtutes præviæ justificationi primæ, sunt tantum *dispositiones*; caussa *efficiens* justificationis est solus Deus; *meritoria* Jesus Christus; *instrumentalis* Sacramenta; *finalis* caussa est gloria Dei & Christi, ac vita æterna; *formalis* est gratia sanctificans *per Spiritum Sanctum in cordibus nostris diffusa.* Rom. c. 5. v. 5. Ita Concil. Trid. Sess. 6. de justific. c. 7. Ruit igitur & doctrina Lutheri, & versio illius, Rom. c. 3. v. 24. hominem *justificari per fidem solam*, cui contradicit Jacobus cap. 2. v. 24. etiam in Bibliis Lutheri.

Gottes nicht erlangen werden. Galat. 5, 19). Sieh die 53. Frage.

103. Ist es genug, daß ein Christ das Böse lasse, und die Sünde meide?

Durchaus nicht: sondern man muß auch Gutes thun, und sich in Tugenden üben (kc). Denn wer das Gute weiß, und es nicht thut, dem ist es Sünde. Jak. 4, 17.

I. Zu der ersten Rechtfertigung ist nothwendig (kc) daß ein Sünder, der erwachsen ist, mit der vorkommenden Gnade mitwirke, und sich durch Uebungen der Tugenden zu der Rechtfertigung vorbereite: Bekehret euch zu mir, und ich will mich zu euch kehren. Zach. 1, 8. Er muß sich aber vorbereiten 1. durch den Glauben, wie der Apostel sagt zu den Hebräern 11, 6. 2. Durch die Hoffnung, und Zuversicht, daß ihm Gott durch Christum werde gnädig seyn. 3. Durch die Reue, mit der er die Sünden verflucht aus reiner Liebe Gottes, oder aus einer andern übernatürlichen Bewegursache; und einen Vorsatz macht sich zu bessern, Ezechiel 18, 21. Endlich 4. durch die Empfangung der vorgeschriebenen Sakramente. Sieh die 68, 76. Frage. Die vor der ersten Rechtfertigung vorangehenden Tugendsübungen sind nur Vorbereitungen; Gott allein ist die wirkende Ursache der Rechtfertigung; Jesus Christus hat sie verdient; die Sakramente sind die Werkzeuge dazu; die Absicht ist die Ehre Gottes und Christi; wie auch unsre ewige Seligkeit; die Form ist die heiligmachende Gnade, welche durch den heiligen Geist in unsern Herzen ausgegossen wird. Röm. 5, 5. Also

der

104. *Quid boni faciendum est Christiano?*

In genere quidem, quidquid boni lex naturalis, divina vel humana præcipit vel ostendit: (*kd*) in specie vero pro sua quisque vocatione præstare officium, & acceptæ Dei gratiæ cooperari cum gratiarum actione debet: (*ke*) *Omnis* enim *arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur* (*kf*).

II. Ad *conservandam* justitiam requiritur 1. ut observes mandata Dei & Ecclesiæ, (*kd*) vide supra Q. 41. & 61. 2. Ut juxta vocationem suam quisque vivens, acceptis gratiis cooperetur, (*ke*) ne cum *servo* illo *pigro* Matth. c. 25. v. 30. *in tenebras exteriores* detrudatur. 3. Ut alias virtutes exerceat. *Patientia vobis necessaria est, ut facientes voluntatem Dei reportetis promissionem.* Paulus ad Hebr. c. 10. v. 36. id quod confirmatur ex Matthæi c. 3. v. 10. (*kf*) *omnis arbor &c.*

der Kirchenrath von Trient in der 7. Handlung, von der Rechtfertigung, 7. Kap. Es fällt also dahin, Luthers Lehre und Uebersetzung jener Stelle zu den Römern 3, 24.: daß der Mensch durch den Glauben allein gerechtfertiget werde; diesem widerspricht Jakobus 2, 24. in Luthers Bibel selbst.

104. Was Gutes soll ein Christ thun?

Ueberhaupts all das Gute, welches das natürliche, göttliche, oder menschliche Gesetz gebiethet, und vorschreibt (kd). Insonderheit aber muß ein jeder, seinem Berufe gemäß, seiner Pflicht und Schuldigkeit nachkommen, und der empfangenen Gnade Gottes dankbarlich mitwirken (ke). Denn ein jeder Baum, der nicht gute Früchte bringt, wird ausgehauen, und in das Feuer geworfen werden (kf).

II. Die Gerechtigkeit zu erhalten wird erfodert 1. daß man die Gebothe Gottes und der Kirche halte (kd) Sieh oben die 41. und 61. Frage. 2. Daß ein jeder nach seinem Berufe lebe, und mit den empfangenen Gnaden wirke (ke), damit er nicht mit jenem faulen Knechte (Matth. 25, 30.) in die äußersten Finsternisse verstossen werde. 3. Daß er andere Tugenden übe. Die Geduld ist euch vonnöthen, auf daß ihr durch Vollziehung des göttlichen Willens die Verheißung erlanget. Paulus zu den Hebräern 10, 36. welches auch bekräftiget wird durch jenes Matthäi 3, 10. (kf) Ein jeder Baum u. s. w.

105. *Quæ sunt præcipua bonorum operum genera?*

Ea, quibus sobrie, juste, pieque vivitur in hoc sæculo, & per quæ itidem justi magis magisque justificantur, & Sancti in dies sanctificantur (*kg*).

III. (*kg*) Ad *augendam* justitiam requiruntur iterum bona opera: *Satagite Fratres, ut per bona opera &c.* Vide Q. 22. & *qui justus est, justificetur adhuc; & Sanctus sanctificetur adhuc;* Apocalyp. c. 22. v. 11. sicut enim injustitia per peccata augetur nostra, ex eodem versu; ita & justitia nostra, ex gratia Christi acquisita, per virtutes ac bona opera augetur. Sic Concil. Trid. Sess. 6. de justific. Can. 24. EXEMPLUM de Abrahamo, qui jam justus Gen. c. 12. v. 2. 4. Hebr. c. 11. v. 8. tamen c. 15. v. 6. iterum justificatus, ac teste Jacobo c. 3. v. 21. *ex operibus justificatus fuit* (h. e. justificationem priorem auxit) *cum offerret Isaac filium super altare.*

106. *Quotuplicia sunt hæc bonorum operum genera?*

Triplicia: Utpote Jejunium, Eleemosyna seu misericordia, & Oratio; de quibus ita legi-

105. Was für Arten der guten Werke sind die vornehmsten?

Jene, kraft welcher man nüchtern, gerecht und gottselig in dieser Welt lebet; und wodurch auch die Gerechten immerfort gerechter, und die Heiligen von Tage zu Tage heiliger werden. (kg).

III. Um die Gerechtigkeit zu vermehren, muß man gute Werke üben. Befleißet euch ihr Brüder, daß ihr durch gute Werke u. s. w. Sieh die 22. Frag. Wer gerecht ist, der werde noch gerechter; und wer heilig ist, der werde noch heiliger, Offenbar. 22, 11. Denn gleichwie die Ungerechtigkeit durch unsre Sünden vermehret wird (aus eben der Stelle); also wird auch unsre Gerechtigkeit, die wir aus Christi Gnade erlanget haben, durch Tugenden und gute Werke vermehret. Also sagt der Kirchenrath von Trient in der 6. Handlung, von der Rechtfertigung, 24. Regel. Ein Exempel giebt Abraham, der schon gerecht war (1. B. Moys. 12, 2. 4. und zu den Hebräern 11, 8.), doch wieder gerechtfertiget ward (1. Buch Moys. 15, 6.); und zwar nach dem Zeugnisse Jakobi (3. 21.) aus seinen Werken gerechtfertiget ward (das ist, die erste Gerechtigkeit vermehrte), da er seinen Sohn Isaak auf dem Altare schlachtete.

106. Wie viel sind Arten der guten Werke?

Drey: Nämlich Fasten, Almosen geben, oder barmherzig seyn, und Bethen. Von

legimus: *Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna.* Tobiæ cap. 12. v. 8.

I. Opera bona ad salutem sunt necessaria; quia *fides sine operibus mortua est*, Jac. c. 2. v. 26. II. Ut autem opera bona, æterna beatitudine digna, possimus facere, 1. opus nobis est gratia Dei; *sine me nihil potestis facere*, ait Christus. Joan. c. 15. v. 5. 2. Facere debemus illa, dum sumus in statu gratiæ; 3. libera voluntate; 4. non ex naturali quodam aut inani fine, sed propter Deum maxime; qui enim bene agunt, ut hominibus placeant, *receperunt mercedem suam*, nec a Deo quidquam possunt sperare. Matth. c. 6. v. 1. &c. it. v. 5. & 16.

107. *Quis est fructus bonorum operum?*

Habent ea promissionem ac mercedem hujus (*kh*), & æternæ vitæ (*ki*): Deum placant, gratiam conservant (*kk*), & augent (*kl*), denique Christiani hominis vocationem certam faciunt, atque consummant. 2. Petri c. 1. v. 10.

Duo hic dicuntur. I. Confirmantur dicta Q. 104. & Q. 105., nempe quod bona fidei opera internam justitiam augeant, (*kh*) sic Paulus 1. ad Tim. c. 4. 8. *Pietas ad omnia utilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est* (gratiæ sanctificantis, quæ est vita animæ) *& futuræ.* II. Quod opera bona fidelis justi mereantur etiam augmentum gloriæ, (*ki*) quia hæc Matth. c. 5. v. 12. *vocatur merces copiosa in cœlis* pro operibus

welchen geschrieben steht: Das Gebeth mit Fasten und Almosen ist gut. Tob. 12, 8.

I. Die guten Werke sind zur Seeligkeit nothwendig: denn der Glaube ohne die guten Werke ist todt, Jak. 2, 26. II. Damit wir aber gute, zum ewigen Leben führende Werke thun können, müßen wir 1. die Gnade Gottes haben; ohne mich, sagt Christus, könnet ihr nichts thun, Joh. 15, 5. 2. Müßen wir sie verrichten im Stande der Gnade; 3. mit freyem Willen; 4. nicht bloß aus natürlichen und eiteln Absichten, sondern vorzüglich wegen Gott: denn sucht man durch seine guten Werke nur den Menschen zu gefallen, so hat man seinen Lohn schon empfangen, und von Gott nichts mehr zu hoffen. Matth. 6, 1. ꝛc. 5. u. 16.

107. Was Frucht und Nutzen bringen die guten Werke?

Sie haben die Verheißung und den Lohn dieses (kh) und des zukünftigen Lebens (ki), versöhnen Gott, erhalten (kk), und mehren die Gnade (kl); und machen endlich den Beruf eines Christen gewiß und vollkommen. 2. Petri, 1, 10.

Da lehret man 2 Stücke. I. Wird bekräftiget, was oben in der 104ten und 105ten Frage gesagt worden, nämlich daß die innerliche Gerechtigkeit durch gute aus dem Glauben entspringende Werke vermehret werde (kh). Also spricht Paulus 1. Timoth. am 4, 8.: Die Gottseligkeit ist zu allen Dingen nützlich, und es ist ihr sowohl dieses Leben (die heiligmachende Gnade, welche das Leben der Seele ist) als das zukünftige

tibus danda, inæquales pro inæqualibus meritis. *Sicut enim stella a stella differt in claritate; sic resurrectio mortuorum*, 1. ad Corinthios cap. 15. v. 41. 42. Pro exemplo sit Parabola Lucæ 19., ubi qui *decem mnas acquisivit, potestatem accepit super decem civitates*; qui *quinque*, tantum *super quinque &c.*; ex quo patet inæquale præmium pro inæquali merito. *Unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum laborem suum.* 1. ad Corinth. c. 3. v. 8. Beatitudo tamen manet gratia, tum in radice, quia & prima justificatio fuit gratuita, & promissio tam ampli præmii pro operibus (quæ aliunde exigere Deus poterat) est liberalis. Si tamen jam agimus ea, pro quibus Deus promisit, se nobis daturum mercedem in cœlis, eam vi suæ promissionis dat ex justitia. (*kk*) vide Q. 104. (*kl*) vid. Q. 105. EXEMPLUM de Paulo 2. ad Timoth. c. 4. v. 8.: *Bonum certamen certavi: cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die justus Judex; non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus.*

tige versprochen. II. Daß gute Werke eines gerechten Glaubigen auch einen Zuwachs der himmlischen Freude verdienen, (ki) weil diese Freude (Matth. 5, 12.) eine häufige Belohnung im Himmel genannt wird, die für gute Werke gegeben, und nach ungleichen Verdiensten auch ungleich seyn wird. Denn wie die Sterne in der Klarheit von einander unterschieden sind; also wird es auch seyn in der Auferstehung der Todten, 1. Corinth. 15, 41. 43. Anstatt eines Exempels dient die Parabel Luk. 19, wo jener, der 10 Pfunde erworben hatte, über 10 Städte Gewalt bekommen hat; ein anderer aber nur über fünf, weil er nur fünf Pfunde erworben hatte; u. s. w. woraus ein ungleicher Lohn für ungleiche Verdienste sich sehen läßt. Denn ein jeder wird seine eigne Belohnung nach seiner Arbeit empfangen. 1. Corinth. 3, 8. Doch bleibt die Seligkeit eine Gnade, weil sowohl ihre Wurzel, nämlich die erste Rechtfertigung, von der Gnade kömmt; als auch das Versprechen eines so reichlichen Lohnes für Werke, die Gott schon sonsten hätte fodern können, eine lautere Gnade gewesen ist. Nun aber, wenn wir das thun, wofür uns Gott einen Lohn im Himmel versprochen hat, giebt er diesen, kraft seines Versprechens, aus Gerechtigkeit. (kk) Sieh die 104te Frage. (kl) Sieh die 105te Frage. Ein Exempel giebt Paulus, der 2. Timoth. 4. 8. sagt: Ich habe einen guten Kampf gekämpfet, den Lauf vollendet, Treu und Glauben gehalten, im übrigen ist mir die Krone der Gerechtigkeit vorbehalten, die der Herr als ein gerechter Richter an jenem Tage mir geben wird; nicht allein aber mir, sondern auch denen, die seine Zukunft lieben.

108. *Quid est Jejunium?*

Est certis diebus juxta morem & præscriptum Ecclesiæ carnibus abstinere, & saltem unica cibi refectione in die contentum vivere frugalius; (*km*) sed si generatim hoc nomen accipias, jejunium est corporis quædam castigatio pie suscepta, ut vel caro spiritui subjiciatur, (*kn*) vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur (*ko*).

(*km*) Vide Q. 62. num. II. & III. (*kn*) Exemplum hujus rei reliquit nobis Paulus, qui 1. Cor. 1, 24. Scribit: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo &c.* (*ko*) Hujus nos certos reddit Exemplum Ninivitarum, qui Jonæ. c. 3. v. 7. jejunantes iram Dei placaverunt, v. 10.

109. *Quid est Oratio?*

Est mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur; vel bona nobis, aliisque petimus, vel Deo benedicimus (*kp*).

(*kp*) Ut bona sit oratio, quid requiratur, v. Quæst. 23. III. Quemadmodum autem *Status gratiæ* ad bona opera requiritur generatim, ita etiam, ut bona sit oratio, necessarius est, quia *Deus peccatores non audit*, Joan. c. 9. v. 11., nisi cum veniam peccatorum orant, ut *Publicanus*, Luc.

108. Was ist, und heißt Fasten?

An gewißen Tägen nach Gebrauch und Anordnung der Kirche vom Fleischessen sich enthalten; auch des Tages nur mit einer Mahlzeit vergnügt seyn, und mäßiger leben (km). Im allgemeinen Verstand aber heißt Fasten so viel, als aus Andacht eine Kasteiung des Leibes auf sich nehmen, auf daß dadurch entweder das Fleisch dem Geiste unterworfen (kn), oder der Gehorsam geübet, oder die Gnade Gottes erlanget werde (ko).

(km) Ueber das Fasten s. 62. Fr. II. u. III. (kn) Hierinn hat uns Paulus ein Beyspiel gegeben, der im 1. Br. an die Korinther 9, 27. schreibt: Ich kasteye meinen Leib, und bringe ihn in die Dienstbarkeit. (ko) Dafür steht uns das Beyspiel der Niniviten, die durch ihr Fasten den Zorn Gottes wieder besänftigten. Jonas, 3.

109. Was ist das Gebeth?

Es ist eine Erhebung des Gemüthes zu Gott, wodurch wir entweder um Abwendung des Bösen bitten, oder Gutes für uns und andere begehren, oder Gott loben und benedeyen (kp).

(kp) Was zu einem guten Gebethe erfodert werde s. 23. Fr. III. Wie aber überhaupt zu einem guten Werke der Stand der Gnade nöthig ist, so ist er auch zum Gebethe nöthig; weil Gott die Sünder nicht höret, Joh. 9, 31. als wenn sie um Verzeihung ihrer Sünden bitten,

Luc. c, 18. v. 13. Notandum præterea, quod diſtractiones involuntariæ, ut orantis exercent conſtantiam, ita & meritum augent, ſi ad eas ſurdus orationem pertexat ſuam. Quanta corporis orandum ſit reverentia, Chriſtus nobis exempla dedit, qui nunc *ſublevatis in cœlum oculis*, nunc *poſitis genibus*, nunc *procidens in faciem ſuam*, nunc tacita, nunc elata *voce magna* oravit. Joan. c. 9. v. 1. Luc. c. 22. v. 4. Matth. c. 26. v. 39. & c. 27. v. 46.

110. *Quid eſt Eleemoſina ſeu Miſericordia?*

Eſt beneficium, quo alterius miſeriæ ex commiſerationis affectu ſubvenimus.

111. *Quotuplex eſt genus Eleemoſinæ, ſeu Miſericordiæ?*

Duplex: alia quippe ſunt opera miſericordiæ corporalia; alia vero ſpiritualia, quoniam vel ad corporalem, vel ad ſpiritualem miſeriam proximi ſublevandam ſpectant.

112. *Quot ſunt opera Miſericordiæ corporalia?*

Septem: Eſurientes paſcere, potum dare ſitientibus, operire nudos, captivos redimere, ægrotos inviſere, hoſpitio poregrinos ſuſcipere (*kq*), mortuos ſepelire (*kr*).

(*kq*)

wie der Publican, Luk. 18, 3. Noch ist zu merken, daß unfreywillige Zerstreuungen, das Verdienst des Bethenden vermehren, indem sie seine Standhaftigkeit prüfen, wenn er ihnen nur kein Gehör giebt, und zu bethen fortfährt. Mit welcher Ehrerbiethigkeit des Leibes man bethen müße, hat uns Christus Beyspiele hinterlassen, der bald mit gen Himmel erhobenen Augen, bald mit gebogenen Knieen, bald auf seinem Angesichte liegend, bald stille, bald laut gebethet hat. Joh. 17, 1. Luk. 22, 41. Matth. 26, 39. und 27, 46.

110. Was ist das Almosen, oder die Barmherzigkeit?

Es ist eine Wohlthat, wodurch wir aus herzlichem Mitleiden andern in ihrem Elende, und ihrer Armseligkeit beyspringen.

111. Wie vielerley ist das Almosen oder die Barmherzigkeit?

Zweyerley: denn einige sind leibliche, andere hingegen geistliche Werke der Barmherzigkeit; je nachdem man dem Nächsten in leiblichen oder geistlichen Nöthen aufzuhelfen suchet.

112. Wie viel sind leibliche Werke der Barmherzigkeit?

Sieben: die Hungerigen speisen, die Durstigen tränken, die Nackenden bekleiden, die Fremden beherbergen (kq), die Gefangenen erledigen, die Kranken besuchen, die Todten begraben (kr).

(*kq*) Hæc qui fecerint, ad præmia æterna evocabuntur a Christo: *Venite*, dicet eis, *Venite benedicti Patris mei! possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere &c. tum respondebunt ei justi, dicentes: Domine! quando te vidimus esurientem & pavimus te &c. & respondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*, Matth. 25, 34. Pœnam intentat iis, qui ea, cum possunt, proximo in necessitate non exhibent misericordiæ subsidia, a v. 41. (*kr*) Exemplo sit Tobias senior c. 1. v. 20. ideo exauditus a Deo, dum orabat, c. 12. v. 12.

113. *Quot sunt opera Misericordiæ spiritualia?*

Sunt & ipsa septem, uti: peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus recte consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari mœstos, ferre patienter injurias, offensam remittere (*ks*).

(*ks*) Quantum anima præstat corpori, tantum hæc prioribus antecedunt. Ea Christus omnia illustriori Exemplo docuit. I. Lucæ c. 22. v. 61. corrigens

(kq) Die dergleichen Werke thun, werden einst von Christo zur ewigen Belohnung berufen werden: Kommet, wird er ihnen sagen, kommet her ihr Gebenedeyte meines Vaters! Besitzet das Reich, welches euch von Anbeginn der Welt bereitet ist. Denn ich bin hungerig gewesen und ihr habet mich gespeiset; ich bin durstig gewesen, und ihr habet mir zu trinken gegeben; u. s. f. Alsdann werden ihm die Gerechten antworten, und sagen: Herr! wann haben wir dich hungerig gesehen, und dich gespeiset? u. s. f. Und der König wird ihnen antworten, und sagen: Wahrlich sage ich euch, was ihr einem aus diesen meinen geringsten Brüdern gethan, das habt ihr mir gethan, Matth. 25, 34. Hingegen drohet er jenen die Strafe an, welche dem Nächsten in der Noth hätten barmherzige Hülfe leisten können, und es doch nicht gethan haben, vom 41. Verse an. (kr) Ein Exempel giebt der ältere Tobias, 1, 20., dessen Gebeth deswegen von Gott erhöret worden, 12, 12.

113. Wie viel sind geistliche Werke der Barmherzigkeit?

Gleichfalls sieben: Nämlich die Sünder strafen, die Unwissenden lehren, den Zweifelhaften recht rathen, um der Nächsten Heil Gott bitten, die Betrübten trösten, das Unrecht geduldig leiden, die Beleidigung nachlassen und verzeihen. (ks).

(ks) Diese sind um so viel vornehmer als die vorigen, so viel die Seele den Leib übertrifft. Es hat sie Christus alle durch sein herrliches Beyspiel

rigens Petrum. II. Joan. c. 20. v. 27. docens Thomam. III. Discipulis euntibus in Emaus recte consulens, Lucæ c. 24. v. 25. IV. Pro nobis oravit, Joan. c. 17. v. 9. V. Mœstos consolatus triennio prædicationis Act. c. 10. v. 38. VI. in passione. VII. In cruce, Lucæ c. 23. v. 34. orans pro inimicis.

114. *Quæ sunt virtutes omnium præcipuæ?*

Post Theologicas quidem illas, de quibus dictum est, Fidem, Spem Charitatem, præcipuæ sunt Cardinales, quæ Christianos comprimis decent.

115. *Quæ dicuntur Cardinales virtutes?*

Quæ tanquam fontes aliarum & cardines omnem honestæ vitæ rationem continent.

116. *Quot sunt virtutes Cardinales?*

Quatuor: Prudentia, (*kt*) Justitia, (*ku*) Temperantia, (*kx*) Fortitudo, (*ky*) quibus in Christo consequitur homo, ut provide, juste, temperate ac fortiter in omni vita degat, ac placeat Deo.

(*kt*)

spiel gelehret. I. Er strafte Petrum, der ihn verlängnete, Luk. 22, 61. II. Er belehrte den unwissenden Thomas, Joh. 26, 27, III. Den Jüngern, die nach Emaus giengen, gab er einen guten Rath, Luk. 24, 25 IV. Er bethete für uns Joh. 17, 9. V. Währender 3 Jahre seines Predigtamtes tröstete er die Betrübten, Apostelg. 10, 38. VI. Er litt alles mit übermenschlicher Geduld. VII. Er bethete am Kreuze für seine Feinde, Luk. 23, 34.

114. Welches sind die vornehmsten Tugenden?

Nach den Theologischen Haupttugenden, davon oben ist Meldung geschehen, nämlich nach dem Glauben, der Hoffnung und Liebe, sind jene die vornehmsten, welche man Cardinales, Angeltugenden, nennet; die den Christen besonders wohl stehen.

115. Was für Tugenden nennet man Cardinales?

Jene, welche gleichsam die Quellen und Angel der andern sind, und selbe in sich enthalten und einschließen.

116. Wie viel sind dergleichen Tugenden?

Vier: Klugheit (kt), Gerechtigkeit (ku), Mäßigkeit (kx), Starkmüthigkeit (ky), wodurch der Mensch in Christo erlanget, daß er vorsichtig, gerecht, mäßig, starkmüthig sein ganzes Leben hindurch sich verhalte, und Gott gefalle.

(*kt*) *Prudentia* eſt virtus, quæ ſecundum honeſti rationem, quid expetendum, quidve fugiendum ſit, homini præſcribit. (*ku*) *Juſtitia* ſuum cuique tribuit. (*kx*) *Temperantia* eſt virtus voluptatum carnis, quæ guſtu tactuque percipiuntur, moderatrix. (*ky*) *Fortituto* eſt virtus, qua labores, mortisque pericula, ubi res exigit, conſtanter & ſuſcipiuntur, & perferuntur. Exemplo ſit *David prudens* Lib. 1. Reg. c. 18. v. 14. 30. *Juſtus* Lib. 1. Reg. c. 4. v. 9. 10. 12. *Temperans* Lib. 2. Reg. c. 23. v. 16. *Fortis* Lib. 1. Reg. c. 17. v. 45. &c.

117. *Quæ dicuntur dona Spiritus Sancti?*

Septem illa, quæ ſuper Chriſtum requieviſſe Propheta teſtatur, (*kz*) & quæ ab ipſo, ceu fonte omnis gratiæ in alios derivantur, (*la*) ut donum ſapientiæ, donum intellectus, conſilii, ſcientiæ, fortitudinis, pietatis ac timoris Domini.

(*kz*) Iſaias c. 11. v. 1. (*la*) *De Spiritu ſuo dedit nobis*, 1. Joan. c. 4. v. 13.

118. *Quænam illa, quæ fructus Spiritus vocantur?*

Ea, quæ pii ſecundum ſpiritum viventes operantur, & per quæ ſpirituales a carnalibus dignoſcuntur.

(kt) Die Klugheit ist eine Tugend, welche dem Menschen nach den Regeln der Ehrbarkeit vorschreibt, was er wollen oder fliehen soll. (ku) Die Gerechtigkeit giebt einem jeden das Seine (kx). Die Mäßigkeit ist eine Tugend, welche die Lüste des Fleisches, die aus dem Geschmacke und Berühren entstehen, im Zaum hält (ky). Die Starkmüthigkeit ist eine Tugend, durch welche man Arbeiten und Todsgefahren, wenn es die Sache fodert, standhaft auf sich nimmt, und überträgt. Ein Exempel giebt der kluge, (1. Buch der Könige 18, 14. 30.), der gerechte (2. Buch der Könige 23, 16.), und der starkmüthige (1. B. der König. 17, 45. u. f.) David.

117. Welche werden die Gaben des heiligen Geistes benamset?

Jene sieben, von welchen der Prophet bezeuget, daß sie auf Christo geruhet haben (kz), und welche von ihm, als der Quelle aller Gnaden, in andere ausgegossen werden (la): nämlich die Gabe der Weisheit die Gabe des Verstandes, des Rathes, der Wissenschaft, der Stärke, der Gottseligkeit, und der Furcht Gottes.

(kz) Isaias 11, 1. (la) Er hat uns seines Geistes theilhaftig gemacht, 1. Joh. 4, 13.

118. welche nennet man die Früchten des heiligen Geistes?

Jene, welche die Frommen, die nach dem Geiste leben, hervorbringen, und wodurch geistliche Menschen von fleischlichen unterschieden, und erkennet werden.

119. Wie

119. *Quot sunt fructus Spiritus?*

A Paulo Apostolo sic enumerantur: *Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Ad Galatas c. 5. v. 22.

120. *Quæ dicuntur Beatitudines Evangelicæ?*

Illæ propter quas in Evangelio etiam hi, qui miseri prorsus ac infelices videntur, beati ac felices pronunciantur.

121. *Quot sunt Evangelicæ Beatitudines?*

Octo, quas ita Christus in Monte tradidit: I. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* II. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* III. *Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* IV. *Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* V. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* VI. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* VII. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* VIII. *Beati, qui persecutionem*

119. Wie viel sind Früchten des heiligen Geistes?

Der heilige Apostel Paulus erzählet sie also: Liebe, Freude, Friede, Geduld, Langmuth, Güte, Freundlichkeit, Sanftmuth, Glaube, Eingezogenheit, Mäßigkeit, Keuschheit, Galat. 5, 22.

120. Welche werden die evangelischen Seligkeiten benamset?

Jene, wegen denen auch die, welche vor der Welt ganz arm, und unglückselig zu seyn scheinen, im Evangelio selig gesprochen werden.

121. Wie viel sind evangelische Seligkeiten?

Acht, welche Christus auf dem Berge also gelehret hat: I. Selig sind die Armen im Geiste; denn ihrer ist das Reich der Himmeln. II. Selig sind die Sanftmüthigen, denn sie werden das Erdreich besitzen. III. Selig sind die da weinen, und Leid tragen; denn sie werden getröstet werden. IV. Selig sind die hungerig und durstig sind nach der Gerechtigkeit; denn sie werden ersättiget wer-

nem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth. c. 5. a v. 3.

122. *Quæ dicuntur Evangelica Consilia?*

Videlicet illa, quæ per Evangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque utilia, a Christo non præcipiente quidem, sed consulente proponuntur (*lb*).

(*lb*) Docemur hic, Deum, etsi plura exigere a nobis summo jure potuisset, multa tamen nobis reliquisse libera, quæ aut omittere citra præcepti violationem possimus, aut ad probandum liberaliorem in Deum amorem facere. Hujusmodi est: Votum, de quo Deut. cap. 23. v. 22. Deus dicit: *Si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis, sicut promisisti Domino Deo tuo*

den. V. Selig sind die Barmherzigen; denn sie werden Barmherzigkeit erlangen. VI. Selig sind, die eines reinen Herzens sind; denn sie werden Gott anschauen. VII. Selig sind die Friedsamen; denn sie werden Kinder Gottes genennet werden. VIII. Selig sind die Verfolgung leiden um der Gerechtigkeit willen; denn ihrer ist das Reich der Himmeln, Matth. 5, 3. u. s. f.

122. Was nennet man evangelische Räthe?

Jene, die im Evangelio nicht zwar als nothwendig zur Seligkeit vorgetragen werden, sondern als solche Dinge, welche denen, die selben wollen nachkommen, hierzu sehr beförderlich und nützlich sind; auch von Christo nicht als ein Geboth, sondern als ein Rath sind gegeben worden (lb).

(lb) Man lehret uns da, Gott hätte zwar mit größtem Rechte viel mehr von uns fodern können, doch habe er uns viele Stücke frey gelassen, die wir entweder, ohne ein Geboth zu übertretten, unterlassen; oder, unsere freygebige Liebe gegen Gott zu zeigen, thun können. Dergleichen ist ein Gelübd, von dem Gott sagt, 5. Buch Moys. 23, 22.: Willst du nicht geloben, so bist du ohne Sünde: was aber einmal ge-

tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Et Paulus 1. ad Corinth. c. 7. v. 25. ait: *De Virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do, ut ſim fidelis &c.*

123. *Quot ſunt Evangelica Conſilia?*

Principalia tria ſunt, nimirum: Paupertas voluntaria, (*lc*) caſtitas perpetua (*ld*), & obedientia integra (*le*).

(*lc*) *Paupertatem* in N. T. ſuaſit Chriſtus Matth. c. 19. v. 21.: *Si vis pefectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus* (hoc certe plus eſt, quam *cor non apponere divitiis*; id quod præceptum eſt Pſal. 61. v. 11.) *& habebis theſaurum in cœlo; & veni, ſequere me.* 2. EXEMPLUM idem dedit: *Qui cum dives eſſet, propter nos egenus factus eſt.* 2. ad Corinth. c. 8. v. 9.; quem ſecuti primi Chriſtiani Actor. c. 4. v. 34. 32.: *Vendentes afferebant pretium eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Nec quisquam earum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* 3. Hos proxime imitantur Succeſſores Religioſi,

lobet worden, das sollst du halten und thun, wie du Gott deinem Herrn verheißen, und freywillig mit deinem Munde geredet hast. So sagt auch Paulus 1. Corinth. 7, 25. : Von den Jungfrauen habe ich kein Geboth des Herrn : ich gebe aber einen Rath, um getreu zu seyn u. s. w.

123. Wie viel sind evangelische Räthe?

Hauptsächlich drey: Nämlich die freywillige Armuth (lc, die städte Keuschheit (ld), und der vollkommene Gehorsam (le).

(lc) Die Armuth rieth Christus im neuen Bunde Matth. 19, 21. : Willst du vollkommen seyn, geh hin, verkaufe alles, was du hast, und gieb es den Armen (das ist gewiß mehr, als das Herz nicht an die Reichthümer hängen, welches gebothen wird in dem Psalm 61, 11.): so wirst du einen Schatz im Himmel haben; dann komm, und folge mir nach. 2. Ein Exempel gab abermal Christus, der, da er reich war, um unser willen arm geworden ist. 2. Corinth. 8. 9. Ihm folgten die ersten Christen (Apostelg. 4, 34. 32.): Denn alle, die Aecker oder Häuser hatten, verkauften sie, brachten den Werth der verkauften Güter, und legten ihn vor die Füße des Apostel. Keiner sagte von seinen Gütern, daß etwas davon sein wäre, sondern sie hatten alles unter sich gemein. 3. Diesen folgen am nächsten ihre Nachahmer, die Ordensgeistlichen.

II. (*Id*) *Caſtitatem perpetuam* 1. ſuaſit Chriſtus, quando Apoſtolis Matth. c. 19. v. 10. dicentibus: *Non expedit nubere*, aſſentiens ait v. 11.: *Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt*: igitur ſunt, quibus in vera Eccleſia *datum eſt, non nubere.* Idem clariſſime Paulus 1. Corinth. c. 7. v. 38. docet: *Qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit; & qui non jungit, melius facit.* 2. EXEMPLO præluxit *Chriſtus* caſtorum Sponſus; *Joannes* uterque, *Paulus* 1. Corinth. c. 7. v. 8.: *Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut & ego.* Imo & reliqui Apoſtoli poſt vocationem dicunt Matth. c. 19. v. 27.: *Ecce nos reliquimus omnia &c.* quibus Chriſtus v. 29. *Omnis, qui reliquerit domum .... aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* 3. Hos ſequuntur tum religioſi, tum reliqui Eccleſiæ Miniſtri in Sacris conſtituti, ut, abdicatis ſæcularibus curis, Deo uni vacare poſſint: *Qui enim ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt.* 1. ad Corinth. c. 7. v. 32, 33. Si quis tamen tentationes ſubinde patitur, oret cum Paulo 2. Corinth. c. 12. v. 7. & vires a Deo ſufficientes accipiet.

III.

II. (Ich) Die ståte Keuschheit rieth Christus Matth. 19, 10. Denn da die Apostel sagten: Es ist nicht gut heurathen; gab er ihnen seinen Beyfall, und setzte noch bey: Dieses fasset nicht jedermann, sondern die, denen es gegeben ist. Es giebt also einige in der wahren Kirche, denen es gegeben ist, daß sie nicht heurathen. Eben so lehret auch Paulus 1. Corinth. 7, 38.: Wer seine Jungfrau verheurathet, der thut wohl: wer sie aber nicht verheurathet, der thut besser. 2. Mit ihrem Exempel haben vorgeleuchtet Christus, der Bråutigam keuscher Seelen; beyde Johannes, Paulus, der 1. Corinth. 7, 8. schreibt: Ich sage aber den Unverheuratheten, und Wittwen: es ist ihnen gut, wenn sie also bleiben, wie ich. Ja auch die übrigen Apostel, nachdem sie berufen waren, sprachen Matth. 19, 27.: Sieh! wir haben alles verlassen. u. s. w. Und Christus antwortete ihnen 29. v.: Ein jeder, der sein Haus.... oder Weib um meines Namens Willen verlassen wird, der wird es hundertfåltig bekommen, und das ewige Leben besitzen. 3. Diesen folgen nach sowohl die Ordensgeistlichen, als die übrigen Kirchendiener, die in höhern Weihen sind; auf daß sie, nach abgelegten zeitlichen Sorgen, Gott allein können abwarten: denn wer ohne Weib ist, der ist für dasjenige sorgfåltig, was des Herrn ist; wie er Gott gefallen möge: wer aber ein Weib hat, der ist sorgfåltig für dasjenige, was der Welt ist; wie er seinem Weibe gefallen möge; und er ist zertheilet. 1. Corinth. 7, 32. 33. Wenn aber einer bisweilen Versuchungen leidet, bethe er mit Paulo 2. Corinth. 12, 8. und Gott wird ihm genugsame Kråfte geben.

III. (*le*) Hanc integram voluntatis propriæ abnegationem 1. suasit Christus Matth. c. 16. v. 24. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* 2. EXEMPLO est Christus, qui per triginta annos *erat subditus illis*, Luc. c. 2. v. 51. nempe Mariæ & Josepho; in passione vero *factus obediens usque ad mortem*, ad Philippenses c. 1. v. 8.; in Ethnicorum imperiis adorandam Patris divini voluntatem est executus. 3. Quam perfectam obedientiæ formam primis statim sæculis imitati sanctiores Viri, religiosos cœtus instituerunt, in quibus etiamnum innumeri, abnegata voluntate propria, Divinam ex illo, quem sibi Christi loco præpositum venerantur, agnoscentes, Christi obedientiam propius imitantur.

124. *Quæ hominis novissima dicuntur?*

Ea, quæ homini ad extremum accidunt, ut mors (*lf*) Judicium (*lg*), Infernus (*lh*), & Cœlestis Gloria (*li*), de quibus ita docet Sapiens: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Eccles. c. 7. v. 40.

Mor-

III. (le) Diese gänzliche Verläugnung des eigenen Willens hat Christus gerathen 1. Matth. 16, 24.: Wenn jemand mir nachfolgen will, der verläugne sich selbst und nehme sein Kreuz auf sich, und folge mir nach, 2. Ein Exempel hievon gab er uns selbst, indem er dreyßig Jahre lang seinen Aeltern unterthänig war, Luk. 2, 51. In seinem Leiden aber war er gehorsam bis in den Tod, Philipp. 1, 8.; und da er die Befehle der Heyden vollzog, that er den anbethungswürdigen Willen seines Vaters. 3. Dieser vollkommenen Art zu gehorsamen folgeten bald in den ersten Jahrhunderten heilige Männer, und richteten geistliche Gemeinden auf, in welchen noch heut zu Tage unzählbar viele mit Verläugnung ihres eigenen Willens den göttlichen Willen in den Befehlen desjenigen ansehen, den sie als einen Mann, der an Christi statt vorsteht, in Ehren haben; und also den Gehorsam Christi besser nachahmen.

114. Welche sind die letzten Dinge des Menschen?

Es sind die, welche dem Menschen zum allerletzten widerfahren, als der Tod (lf), das Gericht (lg), die Hölle (lh), und das Himmelreich (li). Von welchen der weise Mann also lehret: In allen deinen Werken gedenke deiner letzten Dinge, so wirst du ewiglich nicht sündigen. Sirach 7, 10.

Mortem & Judicium Paulus nobis anunnciat in Epist. ad Hebr. c. 9. v. 27. (*lf*) *Statutum est hominibus semel mori*, (*lg*) *post hoc autem Judicium.* (*lh*) Infernus est *locus tormentorum*. Luc. c. 16. v. 28. ubi vero igne damnati æternum sine fine cruciantur, de quo Servator ait: *Quorum ignis non extinguitur*, Marci c. 9. v. 44. Decretorium autem argumentum hujus doctrinæ est illud Matth. 25, 46.: *Et ibunt hi in supplicium æternum; justi autem in vitam æternam.* (*li*) Cœlum est Sedes beatorum, ubi post breves ærumnas gaudiis sempiternis fruuntur. *Nam quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. Corinth. c. 4, v. 17.

Sors autem animæ post mortem hæc est. 1. Anima impii, quam mors in mortali peccato opprimit, statim ad inferos damnata, in communi resurrectione una cum corpore unito æternum cruciabitur. 2. Justus ab omni nævo jam satis perpurgatus *a morte* statim *transit ad vitam.* Joan. c. 5. v. 24. Id quod sequentibus ostenditur Exemplis. 1. Lazarus mendicus, mox ubi mortuus est, portatus est *ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno*, Luc. 16, 22. II. Latroni converso Christus dixit: *Hodie mecum eris in Paradiso*, Luc. c. 23. v. 43. III. Stephanus videns gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei, Act. c. 7. v. 55. dixit ad Jesum gloriosum, prius quam lapidibus obrueretur v. 58.: *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.*

3. Quodsi

Tod und Gericht kündigt uns Paulus im Br. an die Hebr. 9, 27. an: Es ist beschlossen, (lf) daß der Mensch einmal sterben, (lg) dann aber gerichtet werden muß. (lh) Die Hölle ist ein Ort, wo die Verdammten durch ein wahres Feuer ewig gequälet werden; durch ein Feuer, von dem Christus bey Mark. 9, 44. sagt, daß es nie erlöschen werde. Entscheidend beweiset diese Wahrheit jener Text Matth. 25, 46.: Und diese (die Gottlosen) werden in die ewige Pein; die Gerechten aber ins ewige Leben eingehen. (li) Der Himmel ist der Sitz der Seligen, wo sie nach einem kurzen Leiden ewiger Freuden genießen. Denn unsere dermalige, augenblickliche und leichte Trübsal verschafft uns ein über die Maaßen überwiegendes und ewiges Uebergewicht von Herrlichkeit im Himmel. 2. Corinth. 4, 17.

Das Schicksal der Seele nach dem Tode ist dieß: 1. Wenn sie der Tod in einer schweren Sünde überfällt; so wird sie alsobald zur Hölle verdammt, und alldort, nach der allgemeinen Auferstehung auch samt dem Leibe, ewig gepeiniget. 2. Scheidet sie aber im Stande der Gnade, und von allen Makeln gereiniget, vom Leibe; so gehet sie vom Tode alsogleich zum Leben über, Joh. 5, 24. Dieß zeigen folgende Beyspiele. I. Der arme Lazarus, sobald er gestorben, ward von den Engeln in die Schooß Abrahams getragen. Der Reiche hingegen wurde nach seinem Tode in die Hölle begraben, Luk. 16, 22. II. Zum bekehrten Schächer sagte Christus am Kreuze: Heute wirst du bey mir im Paradiese seyn, Luk. 23, 43. III. Stephanus sah bey seinem Tode die Herr-

lich-

3. Quodsi anima in statu gratiæ existens quidem, sed quibusdam levium peccatorum aspersa maculis, coram judice divino comparet, ad ignem mittitur purgatorium, ubi tamdiu pati debet, dum tandem ab omnibus, vel levissimis peccatis, ut aurum in fornace, purgetur. *Non enim intrabit* in cœlestem gloriam *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium.* Apoc. c. 21. v. 27. Sed ad inferos anima, levium tantum peccatorum rea, damnari non potest; locus itaque tertius esse debet, ubi pœnas residuas luere, atque ita cœlo potiri possit, quem quidem locum *Purgatorium* dicimus. De eodem Paulus 1. Cor. c. 3. v. 12. &c. clare admodum loquitur: *Siquis superædificat super fundamentum hoc* (fidem in Christum) *aurum, argentum, lapides pretiosos; ligna, fœnum, stipulam* (h. e. perfecta, vel imperfecta opera); *uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini* (in particulari judicio) *declarabit, quia in igne revelabitur. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen, quasi per ignem.* Quem locum Patres & doctores Ecclesiæ latinæ, imo & Concilium generale Florent. de igne purgatorio intelligunt. Præterea *Sancta & salubris* est *cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur*, L. 2. Macchab. c. 12. v. 46.: at vero orare pro Beatis in cœlo supervacaneum, pro damnatis in inferis frustraneum est: ergo in

lichkeit Gottes, und Jesum zur Rechten Hand Gottes stehen; zu dem er dann aufrief: Herr Jesu, nimm meinen Geist auf, Apostelg. 7, 55. und 58.

3. Kommt aber die Seele zwar im Stande der Gnade, aber noch mit einigen kleinen Makeln beflecket, vor ihren göttlichen Richter, so wird sie zum Fegfeuer verurtheilet; einem peinlichen Orte, wo sie so lange leiden muß, bis sie von allen, auch den geringsten Sünden, wie das Gold im Feuer rein geläutert ist. Denn nichts, was beflecket ist, nichts Abscheuliches, ja nicht eine Lüge kann in die himmlische Herrlichkeit eingehen; Offenbar. 21, 27. aber in die Hölle kann eine Seele wegen läßlicher Sünden doch auch nicht verstossen werden; so muß also ein dritter Ort seyn, wo sie die rückständigen Strafen noch büßen, und so den Himmel erwerben kann; und dieß ist das Fegfeuer. Paulus redet hievon ziemlich deutlich im 1. Br. an die Corinth. 3, 12. rc.: **Was jeder auf diese Grundfeste (den Glauben) bauet, Gold, Silber, Edelgesteine; oder Holz, Heu, Stroh** (d. i. vollkommene oder unvollkommene Werke); **wird eines jeden Werk offenbar zeigen. Der Tag des Herrn wird es entdecken** (in dem sonderbaren Gerichte) **und sein Feuer wird es aufklären. Wie eines jeden Werk beschaffen sey, wird das Feuer bewähren. Dessen Gebäude auf der Grundfeste unversehrt stehen bleibt, der wird belohnet werden. Dessen Werk aber verbrannt wird, wird Schaden leiden: er selbst zwar erwirbt das Heil, jedoch nicht anders, als wie durchs Feuer.** Diese Stelle verstehen die

in loco quodam tertio, in purgatorio, existant animæ necesse est, quæ precibus nostris adjuventur. Quam quidem veritatem ipsi adeo Judæi jam cognoverunt; unde Judas Macchabæus *duodecim millia drachmarum argenti in sacrificium pro peccatis mortuorum obtulit*; ibid. v. 43.

O. A. M. D. G.

die Väter und die Lehrer der lat. Kirche, ja auch der Kirchenrath von Florenz vom Fegfeuer. Zudem ist es ein heiliger und heilsamer Gedanke für die Verstorbenen bethen, auf daß ihnen die Sünden vergeben werden, 2. Buch der Machab. 12, 46.; nun aber ist es unnöthig für die Seligen im Himmel zu bethen, fruchtlos für die Verdammten in der Hölle: so müßen also in einem dritten Orte, im Fegfeuer, Seelen seyn, denen unser Gebeth zu statten kömmt. Eine Wahrheit, die schon die Jüden erkannten; daher dann Judas der Machabäer für die Seelen der verstorbenen 12000 Drachmen Silbers opferte, ebend. v. 43.

A. Z. G. E. G.

B S B
MÜNCHEN

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Canisius, Petrus,

V. P. Petri Canisii S. J. Theologi Catechismus Minor = Auszug Christlicher Lehre

Augsburg 1796

Catech. 827 b
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10390431-8
VD18 13716905